



XVIII

2075

OFFICIA

PROPRIA

DEDICATIONIS, ET APPARITIONIS

S. MICHAELIS ARCH.

TUM

ET S. DIONYSII EPISC. ET MART.

CUM SUIS OCTAVIS:

QUORUM FESTA

JAM OLIM IN PAROCHIALI ECCLESIA

SANCTORUM MICHAELIS, ET DIONYSII

hujus Valentinae Urbis celebrari con-  
sueverunt, sub ritu dup.

i. classis.

RECITANDA ETIAM IN ALIIS ECCLESIIS,

in quibus sint Titulares.



VALENTIAE. TYP. SALVATORIS FAULI. An. 1777.

SUPERIORUM PERMISSU.

ORIENTAL

LIBRARY

UNIVERSITY OF TORONTO

ST. JAMES'S PLACE

BY KENNETH G. HARRISON

COPIES OF THIS

WORK ARE

AVAILABLE IN THE

LIBRARY OF THE

UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

ST. JAMES'S PLACE

UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY



# OFFICIUM

IN DEDICATIONE

S. MICHAELIS ARCH.

DUP. I. CLAS. CUM OCTAVA.

DIE XXIX. SEPT.

AD VESPERAS.

reum in manu sua.

*Psalmus 109.*

**D**Eus in adiutoriū  
meum intende.

*R.* Dómine ad adjuvan-  
dum me festina.

*G*loria Patri, & Filio,  
& Spiritui Sancto. *S*icut  
erat in principio, &  
nunc, & semper, &  
in sæcula sæculórum,  
Amen. Alleluia.

*Añã* : Stétit Ange-  
lus juxta aram Templi,  
habens thuribulum au-

**D**Ixit Dóminus Dó-  
mino meo: \* Se-  
de à dextris meis.

*D*onec ponam inimicos  
tuos, \* scabellum pe-  
dum tuórum.

*V*irgam virtútis tuæ  
emittet Dóminus ex  
Sion: \* dominare in  
medio inimicórum tuórum.

*T*ecum princípium in  
die virtútis tuæ in splen-  
dóribus sanctórum: \*

ex útero ante lucíferum genui te.

**J**uravit Dóminus, & non pœnitêbit eum: \* Tu es Sacêrdos in ætérnum secúndum ór-dinem Melchisedech.

**D**óminus à dextris tuis: \* confrêgit in die iræ suæ reges.

**J**udicâbit in natió-nibus, implêbit ruínas: \* conquassâbit cápita in terra multôrum.

**D**e torrênte in via bibet: \* proptêrea exal-tâbit caput.

**G**loria Patri. **S**icut erat.

**Añã**: Stétit Angelus juxta áram Templi, habens thuribúlum áureû in manu sua.

**Añã**: Dum præliarê-tur Michaël Archangê-lus cum Dracóne, au-díta est vox dicentium: Salus Deo nostro, al-leluia.

Psalmus 110.

**C**onfitebor tibi Dó-mine in toto cor-de meo: \* in consílio justôrum, & congrega-tiône.

**M**agna ópera Dómi-ni: \* exquisíta in om-nes voluntátes ejus.

**C**onfêssio & magnifi-céntia opus ejus: \* & justítia ejus manet in sæculum sæculi.

**M**emóriam fecit mira-bílium suôrum, misê-ricors & miserâtor Dó-minus: \* escam dedit timéntibus se.

**M**émor erit in sæcu-lum testaménti sui, \* virtútem óperum suô-rum annuntiâbit pópu-lo suo.

**U**t det illis hæreditâ-tem Géntium: \* ópera manuum ejus, véritas & judícium.

**F**idélia ómnia mandâ-ta ejus: confirmâta in

**S. Michaelis Archangeli.**

3

sæculum sæculi : \* facta  
in veritate, & æquitate.

**R**edemptionem misit  
pópulo suo : \* mandâ-  
vit in ætérnum testa-  
mémentum suum.

**S**anctum & terríbile no-  
men ejus : \* inítium sa-  
pientiæ timor Dómini.

**I**ntelléctus bonus óm-  
nibus faciéntibus eum : \*  
laudátio ejus manet in  
sæculum sæculi.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Ana** : Dum præliaré-  
tur Michael Archange-  
lus cum Dracone, au-  
dita est vox dicéntium:  
Salus Deo nostro, al-  
leluia.

**Ana** : Archangele Mi-  
chael, constitui te prin-  
cipem super ómnes ani-  
mas suscipiendas.

**Psalmus III.**

**B**eatús vir, qui ti-  
met Dóminú : \* in  
mandátis ejus volet ni-  
mis.

**P**otens in terra erit se-  
men ejus : \* generátio  
rectórum benedicétur.

**G**loria & divítiæ in do-  
mo ejus, \* & justítia  
ejus manet in sæculum  
sæculi.

**E**xórtum est in téne-  
bris lumen rectis : \*  
miséricors, & miserâ-  
tor, & justus.

**J**ucúndus homo, qui  
miserétur & commódat,  
dispónet sermónes suos  
in judício : \* quia in  
ætérnum non commo-  
vébitur.

**I**n memória ætérna erit  
justus : \* ab auditióne  
mala non timébit.

**P**arátum cor ejus spe-  
râre in Dómino, con-  
firmátum est cor ejus : \*  
non commovébitur, do-  
nec despiciat inimicos  
suos.

**D**ispérsit, dédit pau-  
péribus, justítia ejus  
manet in sæculum sæcu-  
li,

**In Festo Dedicacionis.**

**4**  
li, \* cornu ejus exal-  
tabitur in glória.

**P**eccator vidêbit & ira-  
scêtur, dênibus suis  
fremet, & tabéscet: \*  
desidérium peccatôrum  
peribit.

**G**lória Patri. **S**icut  
erat.

**Añã:** Archangele Mi-  
chael, constitui te prin-  
cipem super ómnes ani-  
mas suscipiendas.

**Añã:** Angeli Dómi-  
ni Dóminum benedíci-  
te in ætérnum.

**Psalmus 112.**

**L**Audâte puéri Dó-  
minum: \* laudâte  
nomen Dómini.

**S**it nomen Dómini be-  
nedíctum, \* ex hoc  
nunc, & usque in sæ-  
culum.

**A** solis ortu usque ad  
occâsum, \* laudábile  
nomen Dómini.

**E**xcélsus super ómnes  
gentes Dóminus, \* &

super cœlos glória ejus.

**Q**uis sicut Dóminus  
Deus noster, qui in al-  
tis hábitat, \* & humi-  
lia réspicit in cœlô, &  
in terra?

**S**úscitans à terra íno-  
pem, \* & de stércore  
érigens páuperem.

**U**t còllocet eum cum  
principibus, \* cum prin-  
cipibus pópuli sui.

**Q**ui habitâre facit sté-  
rilem in domo, \* ma-  
trem filiôrum lætântem.

**G**lória Patri. **S**icut  
erat.

**Añã:** Angeli Dómi-  
ni Dóminum benedici-  
te in ætérnum.

**Añã:** Angeli, Archán-  
geli, Thróni, & Do-  
minatiónes, Principá-  
tus, & Potestates, Vir-  
tútes cœlórum, laudá-  
te Dñum de cœlis, allel.

**Psalmus 116.**

**L**Audâte Dóminum  
omnes gentes: \*  
lau-



**S. Michaelis Archangeli.**

5

laudate eum omnes populi.

**Q**uoniam confirmata est super nos misericordia ejus : \* & veritas Domini manet in æternum.

**G**loria Patri. **S**icut erat.

**Añã** : Angeli, Archangeli, Thróni, & Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes cœlorum, laudate Dñum de cœlis, allel.

**Capitul.** Ap. 1.

**S**ignificavit Deus, que oportet fieri cito, loquens per Angelum suum servo suo Joãni : qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Jesu Christi quacumque vidit. **R.** Deo gratias.

**Hymnus.**

**T**E splendor, & virtus Patris,  
Te vita, Jesu, cordium,

Ab ore, qui pendent tuo,  
Laudamus inter Angelos.

**T**ibi mille densa milliũ  
Ducum corona militat,  
Sed explicat Victor crucem

Michael salutis Signifer.

**D**raconis hic dirũ caput  
In ima pellit Tartara,  
Ducemque cum rebel-

libus,  
Cœlesti ab Arce fulminat.

**C**ontra Ducẽ superbix  
Sequamur hũc nos Principem,

Ut detur ex Agni throno

Nobis corona gloriæ.

**P**atri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus  
Sicut fuit, sit jũgiter  
Sæclum per omne gloria. Amen.

**V.** Stetit Angelus juxta  
aram Templi.

**R.** Habens thuribulum  
aureum in manu sua.

**Ad**

## Ad Magnif. Añã:

**D**um sácrum mystériũ cerneret Joáñnes, Archangelus Michael tuba cécinit : ignosce Dómine Deus noster, qui áperis librum, & solvis signacula ejus, alleluia.

## Canticum B.M.V.

**M**agnificat \* anima mea Dóminum.

**E**t exultávit spíritus meus \* in Deo salutá-  
ri meo.

**Q**uia respéxit humili-  
tátem ancillæ suæ : \*  
ecce enim ex hoc beá-  
tam me dicent ómnes  
generatiónes.

**Q**uia fecit mihi mag-  
na, qui potens est, \*  
& sanctum nomen ejus.

**E**t misericórdia ejus à  
progénie in progénies \*  
timéntibus eum.

**F**ecit poténtiam in bra-  
chio suo: \* dispérsit su-  
pérbos mente cordis sui.

**D**epósuit poténtes de  
sede, \* & exaltávit hú-  
miles.

**E**suriéntes implévit bo-  
nis : & dívites dimisit  
inanes.

**S**uscépit Israel púerum  
suum, \* recordátus mi-  
sericórdiæ suæ.

**S**icut locútus est ad pa-  
tres nostros, \* Abra-  
ham, & semini ejus in  
sæcula.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã** : Dum sácrum  
mystérium cerneret Jo-  
áñnes, Archangelus Mi-  
chael tuba cécinit : ig-  
nosce Dómine Deus no-  
ster, qui áperis librum,  
& solvis signacula ejus,  
alleluia.

## Oratio.

**D**eus, qui miro or-  
dine Angelórum  
ministéria, hominum-  
que dispensas : concede  
propítius : ut à quibus  
tibi ministrántibus in

coe-

**S. Michaelis Archangeli.**

coelo semper assistitur,  
ab his in terra vita nos-  
tra muniatur. Per Dó-  
minum, &c. **R.** Amen.  
**V.** Dominus vobiscum.  
**R.** Et cum spiritu tuo.  
**V.** Benedicámus Domi-  
no. **R.** Deo gratias. **V.**  
Fidelium animæ per mi-  
sericordiã Dei requies-  
cant in pace. **R.** Amen.

quem devoret : cui re-  
sistite fortes in fide. Tu  
autem Dómine, mise-  
rere nobis. **R.** Deo grá-  
tias.

**V.** Adjutórium nos-  
trum in nomine Dómi-  
ni. **R.** Qui fecit cœlum  
& terram. **Pater noster.**  
**Dicitur totum secreto.**  
**Deinde Hebdomada-  
rius facit Confessionem.**

**AD COMPLETOR.**

**Lector incipit. V.** Ju-  
be domne benedicere.  
**R.** Noctem quiêtam, &  
finem perféctum conce-  
dat nobis Dóminus o-  
mnípotens. **R.** Amen.

**Lect. brev. 1. Pet. 5.**

**F**ratres : Sóbrii es-  
tôte, & vigilâte:  
quia adversárius vester  
diabolus tamquam leo  
rúgiens circuit, quærens

**C**onfiteor Deo om-  
nipoténti, beátæ  
Mariæ semper Vírgini,  
beáto Michaeli Archán-  
gelo, beáto Joanni Bap-  
tistæ, sanctis Apósto-  
lis Petro & Paulo, om-  
nibus Sanctis, & vobis  
fratres : quia peccavi ni-  
mis cogitatióne, verbo,  
& ópere : mea culpa,  
mea culpa, mea máxi-  
ma culpa. Ideò precor  
beátam Mariam semper  
Vírginem, beátum Mi-  
chaelem Archángelum,  
beá-

beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum, & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

*Chorus respondet:*

**M**isereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam. *R.* Amen.

*Deinde repetit Confessionem, & ubi dicitur vobis fratres, & vos fratres, dicat: tibi pater, & te pater.*

*Facta Confessione à Choro, Hebdomadarius dicit:*

**M**isereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris perducat vos ad vitam aeternam. *R.* Amen.

**I**ndulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum nos-

trorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. *R.* Amen.

*Et facta absolutione dicitur  $\psi$ .*

**C**onverte nos Deus salutaris noster. *R.* Et averte iram tuam à nobis.

*$\psi$ .* Deus in adjutorium meum intende. *R.* Domine ad adjuvandum me festina.

**G**loria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

*Añña: Miserere.*

*Psalmus 4.*

**C**um invocarem, exaudivit me Deus justitiae meae: \* in tribulatione dilatasti mihi. **M**iserere mei, \* & exaudi orationem meam.

**F**ilii hominum usquequò gravi corde? \* ut quid

**S. Michaelis Archangeli.**

quid diligitis vanitatē,  
& quæritis mendacium?

**E**t scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: \* Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

**I**rascimini, & nolite peccare: \* quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

**S**acrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino. \* Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

**S**ignatum est super nos lumen vultus tui Domine: \* dedisti lætitiā in corde meo.

**A** fructu frumenti, vini, & olei sui \* multiplicati sunt.

**I**n pace in idipsum \* dormiam, & requiescam.

**Q**uoniam tu Domine singulariter in spe \* constituisti me.

**G**loria Patri. **S**icut.  
**Psalmus 30.**

**I**N te Domine speravi, non confundar in æternum: \* in justitia tua libera me.

**I**nclina ad me aurem tuam: \* accelera ut eruas me.

**E**sto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, \* ut salvum me facias.

**Q**uoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: \* & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

**E**duces me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: \* quoniam tu es protector meus.

**I**n manus tuas commendo spiritum meum: \* redemisti me Domine Deus veritatis.

**G**loria Patri. **S**icut erat.

## Psalmus 90.

**Q**ui habitat in adiutorio Altissimi, \* in protectione Dei caeli commorabitur.

**D**icet Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: \* Deus meus sperabo in eum.

**Q**uoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, \* & a verbo aspero.

**S**capulis suis obumbrabit tibi: \* & sub pennis ejus sperabis.

**S**cuto circumdabit te veritas ejus: \* non timebis a timore nocturno.

**A**sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, \* ab incursu, & daemónio meridiano.

**C**adent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: \* ad te

autem non appropinquabit.

**V**erumtamen oculis tuis considerabis: \* & retributionem peccatorum videbis.

**Q**uoniam tu es Domine spes mea: \* altissimum posuisti refugium tuum.

**N**on accedet ad te malum: \* & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

**Q**uoniam Angelis suis mandavit de te: \* ut custodiant te in omnibus viis tuis.

**I**n manibus portabunt te: \* ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

**S**uper aspidem, & basiliscum ambulabis: \* & conculcabis leonem, & draconem.

**Q**uoniam in me speravit, liberabo eum: \* protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

**C**la-

**C**lamabit ad me, & ego  
exaudiam eum : \* cum  
ipso sum in tribulatio-  
ne : eripiam eum, & glo-  
rificabo eum.

**L**ongitudine dierum re-  
plebo eum : \* & osten-  
dam illi salutare meum.

**G**loria Patri. **S**icut  
erat.

**Psalmus 133.**

**E**cce nunc benedi-  
cite Dominum, \*  
omnes servi Domini.

**Q**ui statis in domo Do-  
mini, \* in atriis domus  
Dei nostri.

**I**n noctibus extollite  
manus vestras in san-  
cta, \* & benedicite  
Dominum.

**B**enedicat te Dominus  
ex Sion, \* qui fecit  
caelum & terram.

**G**loria Patri. **S**icut  
erat.

**Añã.** : Misere mihi  
Domine, & exaudi ora-  
tionem meam.

**Hymnus.**

**T**E lucis ante ter-  
minum

Rerum Creator posci-  
mus,

Ut pro tua clementia  
Sis praesul & custodia.

**P**rocul recedat somnia,  
Et noctium phantasmata;  
Hostemque nostrum  
comprime,

Ne polluantur corpora.

**P**raesta, Pater piissime,  
Patrisque compar Unice,  
Cum spiritu Paraclito,  
Regnans per omne sa-  
culum. Amen.

**Capitul.** Jer. 14.

**T**U autem in nobis  
es Domine, & no-  
men sanctum tuum in-  
vocatum est super nos,  
ne derelinquas nos Do-  
mine Deus noster. **R.**  
Deo gratias.

**R. brev.** In manus  
tuas Domine, \* com-  
mendo spiritum meum.

**Et repetitur.**

**Y.**

**Ps.** Redemisti nos Dó-  
mine Deus veritatis. **R.**  
Comméndo spíritum  
meum.

**Ps.** Glória Patri, &  
Filio, & Spíritui sancto.

**R.** In manus tuas Dó-  
mine, \* comméndo spí-  
ritum meum.

**Ps.** Custódi nos Dó-  
mine ut pupíllam óculi.

**R.** Sub umbra alárum  
tuárum prótege nos.

**Aña:** Salva nos.

**Cant. Simeon. Luc. 2.**

**N**unc dimittis ser-  
vum tuum Dó-  
mine, \* secúndum ver-  
bum tuum in pace.

**Q**uia vidérunt óculi  
mèi \* salutáre tuum.

**Q**uod parásti \* ante  
fáciem ómnium popu-  
lórum.

**L**umen ad revelatióne  
Géntium, \* & glóriam  
plebis tuæ Israel.

**Glória Patri. Sicut.**

**Aña:** Salva nos Dó-

mine vigilantes, custó-  
di nos dormiéntes: ut  
vigilémus cum Christo,  
& requiescámus in pace.

**Ps.** Dóminus vobís-  
cum. **R.** Et cum spíri-  
tu tuo.

**Oratio.**

**V**isita, quæsumus  
Dómine, habita-  
tióne istam, & omnes  
insídias inimíci ab ea  
longè repélle: Angeli  
tui sancti hábitent in ea,  
qui nos in pace custó-  
diant: & benedíctio tua  
sit super nos semper.  
Per Dñum. **R.** Amen.

**Ps.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

**Ps.** Benedicamus Dño.

**R.** Deo grátias.

**Benedíct.** Benedícat  
& custódiat nos omni-  
potés & miséricors Dó-  
minus, Pater, & Filius,  
& Spír. sanct. **R.** Amen.

**De B. V. M. Aña de  
Tempore.**

**AD**



AD MATUTINUM.

Invitatorium.

**R**egem Archangelorū  
Dōminum \* Venite  
adorēmus. *Repetit.*

Psalmus 94.

**V**enite, exultēmus  
Dōmino, jubilē-  
mus Deo salutāri nos-  
tro: praeoccupēmus fá-  
ciem ejus in confessiō-  
ne, & in psalmis jubi-  
lēmus ei.

**R**egem Archangelorum  
Dōminum \* Venite  
adorēmus.

**Q**uoniam Deus magnus  
Dōminus, & Rex mag-  
nus super omnes Deos:  
quoniam non repellet  
Dōminus plebem suam,  
quia in manu ejus sunt  
omnes fines terræ, &  
altitudines montium ip-  
se cōspicit.

**V**enite adorēmus.

**Q**uoniam ipsius est ma-

re, & ipse fecit illud, &  
áridam fundavérūt ma-  
nus ejus: venite adorē-  
mus, & procidāmus an-  
te Deum: plorēmus co-  
ram Dōmino, qui fe-  
cit nos, quia ipse est  
Dōminus Deus noster:  
nos autem pópulus ejus  
& oves páscuæ ejus.

**R**egem Archangelorum  
Dōminum \* Venite  
adorēmus.

**H**odie si vocem ejus  
audieritis, nolite obdu-  
rāre corda vestra, sicut  
in exacerbatiōne secūn-  
dum diem tentatiōnis  
in desérto; ubi tenta-  
vérunt me Patres ve-  
stri, probavérunt, & vi-  
dérunt ópera mea.

**V**enite adorēmus.

**Q**uadráginta annis pró-  
ximus fui generatiōni  
huic, & dixi: Semper  
hi errant corde: ipsi ve-  
rò non cognovérūt vias  
meas, quibus juravi in

ira

ira mea, si introibunt  
in requiem meam.

**R**egem Archangelorum  
Dominum \* Venite  
adoremus.

**G**loria Pat. Sicut erat.  
Venite adoremus.

**R**egem Archangelorum  
Dominum \* Venite  
adoremus.

**Hymnus.**

**T**E splendor, & vir-  
tus Patris,

Te vita, Jesu, cordium,  
Ab ore, qui pendent tuo,  
Laudamus inter Ange-  
los.

Tibi mille densa milliū  
Ducum corona militat,  
Sed explicat Victor cru-  
cem

Michael salutis Signifer.

Draconis hic dirū caput  
In ima pellit Tartara,  
Ducemque cum rebel-  
libus,

Cœlesti ab Arce fulmi-  
nat.

**C**ontra Ducē superbiam

Sequamur hūc nos Prin-  
cipem,

Ut detur ex Agni thro-  
no

Nobis corona gloriæ.

**P**atri, simulque Filio,  
Tibi que sancte Spiritus  
Sicut fuit, sit jūgiter  
Sæclum per omne gló-  
ria. Amen.

**IN I. NOCTURNO.**

**Añã:** Concussum est  
mare, & contrémuit te-  
rra, ubi Archangelus  
Michael descendébat de  
cœlo.

**Psalmus 8.**

**D**omine Dominus  
noster, \* quam  
admirabile est nomen  
tuum in universa terra!

**Q**uoniam elevata est  
magnificèntia tua \* su-  
per cœlos.

**E**x ore infántium, &  
lacténtium perfecisti lau-  
dem propter inimicos  
tuos, \* ut destruas ini-  
mi-

**S. Michaelis Archangeli.**

15

micum, & ultorem.

**Q**uoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum: \* lunam & stellas, quae tu fundasti.

**Q**uid est homo, quod memor es eius? \* aut filius hominis, quoniam visitas eum?

**M**inuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: \* & constituisti eum super opera manuum tuarum.

**O**mnia subiecisti sub pedibus ejus, \* oves, & boves universas, insuper & pecora campi;

**V**olucres caeli, & pisces maris: \* qui perambulant semitas maris.

**D**omine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

**Añã**: Concussum est mare, & contremuit te-

rra, ubi Archangelus Michael descendebat de caelo.

**Añã**: Laudemus Dominum, quem laudant Angeli, quem Cherubim, & Seraphim: Sanctus, Sanctus, Sanctus proclamant.

**Psalmus 10.**

**I**N Domino confido: quomodo dicitis animae meae: \* Transmigra in montem sicut passer?

**Q**uoniam ecce peccatores intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pharetra, \* ut sagittent in obscuro rectos corde.

**Q**uoniam quae perfecisti, destruxérunt: \* justus autem quid fecit?

**D**ominus in templo sancto suo, \* Dominus in caelo sedes ejus.

**O**culi ejus in pauperem respiciunt: \* palpebrae ejus

ejus int̄rogant filios  
hominum.

**D**óminus int̄rogat ju-  
stum & ímpium: \* qui  
autem díligit iniquitá-  
tem, odit ánimam suam.

**P**luet super peccatores  
láqueos: \* ignis, & sul-  
phur, & spiritus pro-  
cellárum pars cálicis eo-  
rum.

**Q**uóniam justus Dómi-  
nus, & justítias diléxit: \*  
æquitátem vidit vultus  
ejus.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã**: Laudémus Dó-  
minum, quem láudant  
Angeli, quem Chéru-  
bim, & Séraphim: San-  
ctus, Sanctus, Sanctus  
proclamant.

**Añã**: Ascendit fumus  
arómatum in conspectu  
Dñi de manu Angeli.

**Psalmus 14.**

**D**omine, quis ha-  
bitábit in taber-  
naculo tuo? \* aut quis

requiescet in monte san-  
cto tuo?

**Q**ui ingréditur sine má-  
cula, \* & operátur justí-  
tiam:

**Q**ui lóquitur veritatem  
in corde suo, \* qui non  
égit dolum in lingua  
sua:

**N**ec fecit proximo suo  
malum: \* & opprobrium  
non accépit adversus  
proximos suos.

**A**d nihilum deductus  
est in conspectu ejus ma-  
lignus: \* timentes au-  
tem Dóminum glorífi-  
cat.

**Q**ui jurat próximo suo,  
& non decipit: \* qui  
pecuniam suam non dé-  
dit ad usúram, & mú-  
nera super innocentem  
non accépit.

**Q**ui facit hæc, \* non  
movébitur in ætérnum.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã**: Ascendit fumus  
arómatum in conspectu

Dó-

Dómini de manu Angeli.

*V.* Stetit Angelus juxta aram Templi.

*R.* Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ex Daniele Propheta.

Lectio I. Cap. 7.

**A**spiciébam donec thróni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum ejus candidum quasi nix, & capilli capitis ejus quasi lana munda: thrónus ejus flammæ ignis: rotæ ejus ignis accensus. Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur à facie ejus. Millia millium ministrabant ei, & decies milles centena millia assistebant ei: judicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciébam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam

interfecta esset bestia, & periisset corpus ejus, & traditum esset ad comburendum igni.

*R.* Factum est silentium in cælo, dum committeret bellum draco cum Michaelle Archangelo: \*

*A*udita est vox millia millium dicentium: Salus, honor, & virtus omnipotenti Deo.

*V.* Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. *A*udita.

Lectio II. Cap. 10.

**D**ie autem vigesima & quarta mensis primi, eram juxta fluvium magnum, qui est Tigris. Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce vir unus vestitus lineis, & renes ejus accinti auro obrizo: & corpus ejus quasi chrysolithus, & facies ejus velut species fulguris, & oculi ejus,

ut lámpas ardens : & bráchia ejus , & quæ de-órsum sunt usque ad pedes , quasi species æris candéntis : & vox sermónum ejus, ut vox multitudinis. Vidi autem ego Dániel solus visionem, porrò viri, qui erant mecum , non viderunt: sed térror nimius irruiť super eos , & fugérunt in abscónditum. Ego autem relíctus solus vidi visionem grandem hanc: & non remánsit in me fortitúdo , sed & species mea immutáta est in me , & emárcui, nec habui quidquam virium.

**R.** Stetit Angelus juxta aram Templi , habens thuribúlum áureum in manu sua : & data sunt ei incensa multa : \* **E**t ascendit fumus arómatum de manu Angeli in conspéctu Dómini.

**V.** In conspéctu Ange-

lórurú psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum , & confitébor nomini tuo Dómine. **E**t ascendit.

**Lectio iii.**

**E**T audívi vocem sermonum ejus : & áudiens jacébam consternátus super faciem meam , & vultus meus hærébat terræ. Et ecce manus tétigit me, & eréxit me super genua mea, & super artículos manuum mearum. Et dixit ad me : Dániel vir desideriorum, intellige verba , quæ ego lóquor ad te , & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti trémens. Et ait ad me : Noli métuere Dániel : quia ex die primo, quo posuísti cor tuum ad intelligéndum , ut te afflígeres in conspectu Dei

Dei tui, exaudita sunt  
verba tua: & ego veni  
propter sermones tuos.  
Princeps autem regni  
Persarum restitit mihi  
viginti & uno diebus: &  
ecce Michaël unus de  
principibus primis, venit  
in adiutorium meum, &  
ego remansi ibi juxta re-  
gem Persarum. Veni au-  
tem, ut docerem te, quæ  
ventura sunt populo tuo  
in novissimis diebus, quo-  
niam adhuc visio in dies.

**R.** In conspectu Ange-  
lorum psallam tibi, &  
adorabo ad templum san-  
ctum tuum: \* **E**t confi-  
tebor nomini tuo Dñe.

**V.** Super misericordia  
tua, & veritate tua: quo-  
niam magnificasti super  
nos nomen sanctum tuum.

**E**t confitebor. **G**lor. **E**t.

IN II. NOCTURNO.

**Añia:** Michaël Archange-  
le, veni in adiutorium  
populo Dei.

**C**æli enarrant glo-  
riam Dei: \* & ope-  
ra manuum ejus annun-  
tiant firmamentum.

**D**ies diei eructat ver-  
bum, \* & nox nocti in-  
dicat scientiam.

**N**on sunt loquelæ, ne-  
que sermones: \* quo-  
rum non audiantur vo-  
ces eorum.

**I**n omnem terram exi-  
vit sonus eorum: \* &  
in fines orbis terræ ver-  
ba eorum.

**I**n sole posuit taberna-  
culum suum: \* & ipse  
tamquam sponsus pro-  
cedens de thalamo suo.

**E**xultavit ut gigas ad-  
currendam viam, \* à sum-  
mo cælo egressio ejus.

**E**t occursus ejus usque  
ad summum ejus: \* nec  
est qui se abscondat à ca-  
lore ejus.

**L**ex Domini immaculá-  
ta, convertens animas: \*

testimōnium Dōmini fidele, sapientiam præstans parvulis.

**J**ustitiæ Dōmini rectæ, lætificantes corda: \* præceptum Dōmini lúcidum illúminans oculos.

**T**imor Dōmini sanctus, pèrmanens in sæculum sæculi: \* judícia Dōmini vera, justificáta in semetipsa.

**D**esiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: \* & dulciora super mel, & favum.

**E**tenim servus tuus custodit ea, \* in custodiendis illis retribútio multa.

**D**elicta quis intélligit? ab occultis meis munda me: \* & ab aliénis parce servo tuo.

**S**i mei non fuerint domináti, tunc immaculátus ero: \* & emundabor à delicto maximo.

**E**t erunt ut complacéat eloquia oris mei: \* & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

**D**ñe adjutor meus, \* & redemptor meus.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã:** Michael Archãgele, veni in adjutórium populo Dei.

**Añã:** Michael præpositus paradisi, quem honorificant Angelorum cives.

**Psalmus 23.**

**D**omini est terra, & plenitúdo ejus: \* orbis terrarum, & universi, qui hábitant in eo.

**Q**uia ipse super maria fundavit eum: \* & super flúmina præparávit eum.

**Q**uis ascéndet in montem Dōmini? \* aut quis stabit in loco sãcto ejus?

**I**nnocens manibus, & mundo corde: \* qui non accépit in vano animam

suam,



suam, nec juravit in dolo proximo suo.

**H**ic accipiet benedictionem à Domino : \* & misericordiam à Deo salutari suo.

**H**æc est generatio quærentium eum : \* quærentium faciem Dei Jacob.

**A**ttollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales : \* & introibit Rex gloriæ.

**Q**uis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

**A**ttollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales : \* & introibit Rex gloriæ.

**Q**uis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

**G**loria Patri. **S**icut.

**A**n̄a : Michael præpositus paradisi, quem honorificant Angelor. cives.

**A**n̄a : Gloriosus apparuisti in conspectu Domini, propterea decorem induit te Dominus.

**P**salmus 33.

**B**enedicam Dñum in omni tempore : \* semper laus ejus in ore meo.

**I**n Domino laudabitur anima mea : \* audiant mansueti, & lætentur.

**M**agnificate Dominum mecum : \* & exaltemus nomen ejus in idipsum.

**E**xquisivi Dominum, & exaudivit me : \* & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

**A**ccédite ad eum, & illuminamini : \* & facies vestrae non confundentur.

**I**ste pauper clamavit, & Dñus exaudivit eum : \* & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

**I**mmittet Angelus Domini-

mini in circúitu timen-  
tium eum : \* & erípiet  
eos.

**G**ustáte, & vidéte quó-  
niam suavis est Dómi-  
nus : \* beatus vir , qui  
sperat in eo.

**T**iméte Dóminum om-  
nes sancti ejus : \* quó-  
niam non est inópia ti-  
méntibus eum.

**D**ívites eguérunt , &  
esuriérunt : \* inquiren-  
tes autem Dóminum nó  
minuentur omni bono.

**V**eníte filii, audíte me : \*  
timórem Dómini doce-  
bo vos.

**Q**uis est homo, qui vult  
vitam : \* díligit dies vi-  
dere bonos?

**P**róhibe linguam tuam  
à malo : \* & lábia tua  
ne loquántur dolum.

**D**ivérte à malo, & fac  
bonum : \* inquire pa-  
cem , & persequere eam.

**O**culi Dómini super ju-  
stos : \* & áures ejus

in preces eorum.

**V**ultus autem Dómini  
super faciéntes mala : \*  
ut pérdat de terra me-  
móriam eorum.

**C**lamaverunt justí , &  
Dñus exaudívit eos : \*  
& ex omnibus tribula-  
tionibus eorum libera-  
vit eos.

**J**uxta est Dóminus iis,  
qui tribuláto sunt cor-  
de : \* & humiles spiri-  
tu salvabit.

**M**ultæ tribulationes ju-  
storum : \* & de ómni-  
bus his liberábit eos Dó-  
minus.

**C**ustódit Dóminus om-  
nia ossa eorum : \* unum  
ex his non conterétur.

**M**ors peccatórum pes-  
sima : \* & qui odérunt  
justum , delínquent.

**R**edimet Dóminus ani-  
mas servorum suorum : \*  
& non delínquent om-  
nes qui sperant in eo.

Gloria Patri. Sicut.

**Aña:**

**Añã** : Gloriosus apparuisti in conspectu Dómini , propterea decórem induit te Dóminus.

**Ū.** Ascendit fumus aromatum in conspectu Dñi.

**R̄.** De manu Angeli.

**Sermo S. Gregorii Papæ.**

*Ex Homil. 34. in Evang. ante med.*

**Lectio iv.**

**N**ovem Angelórum ordines dicimus, quia videlicet esse, testante sacro elóquio, scimus : Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Chérubim, atque Séraphim. Esse namque Angelos, & Archangelos penè omnes sacri elóquii paginæ testantur. Chérubim verò, atque Séraphim sæpè, ut no-

tum est, libri Prophe-  
tarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus Apostolus ad Ephesios enúmerat, dicens : Supra omnem Principátum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem. Qui rursus ad Colossenses scribens, ait: Sive Thróni, sive Potestates, sive Principátus, sive Dominationes. Dum ergo illis quatuor, quæ ad Ephésios dixit, conjunguntur Thróni, quinque sunt ordines: quibus dum Angeli, & Archangeli, Chérubim, atque Séraphim adjuncta sunt, proculdubio novem esse Angelórum ordines inveniuntur.

**R̄.** Hic est Michaël Archangelus, princeps militiæ Angelórum : \* **C**ujus honor præstat beneficia populórum, & oratio

d

tio

tio perducit ad regna  
cœlorum.

**ψ.** Archangelus Michaël  
præpositus paradisi, quē  
honorificant Angelorum  
cives. **C**ujus.

**Lectio v.**

**S**ciendum verò quòd  
Angelorum voca-  
bulum nomen est officii,  
non naturæ. Nam sancti  
illi cœlestis patriæ spí-  
ritus, semper quidem  
sunt spíritus, sed sem-  
per vocári Angeli ne-  
quaquam possunt: quia  
tunc solum sunt Angeli,  
cùm per eos aliqua nun-  
tiantur. Unde & per  
Psalmistam dicitur: Qui  
facit Angelos suos spí-  
ritus. Ac si patenter di-  
cat: Qui eos, quos sem-  
per habet spiritus, etiam  
cùm voluerit, Angelos  
facit. Hi autem, qui mi-  
nima nuntiant, Angeli:  
qui vero summa annun-  
tiant, Archangeli vo-

cantur. Hinc est enîm,  
quod ad Mariam virgi-  
nem non quilibet Ange-  
lus, sed Gábriel Archan-  
gelus mittitur. Ad hoc  
quippe ministerium, sum-  
mum Angelum venire  
dignum fuerat, qui sum-  
mum ómnium nuntia-  
bat. Qui idcirco etiam  
privátis nominibus cen-  
sentur, ut signétur per  
vocabula, etiam in ope-  
ratione, quid váleant.  
Michaël namque, Quis  
ut Deus? Gábriel autem,  
Fortitudo Dei: Ráphael  
verò dicitur Medicina  
Dei.

**R.** Venit Michaël Ar-  
changelus cum multitu-  
dine Angelórum, cui trá-  
didit Deus animas San-  
ctórum: \* **U**t perdú-  
cat eas in paradísu exul-  
tationis.

**ψ.** Emitte Dómine Spí-  
ritum sanctum tuum de  
cœlis, spiritum sapien-  
tiæ,

tia, & intellectus. Ut perducatur.

Lectio VI.

**E**T quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michaël mitti perhibetur: ut ex ipso actu, & nomine detur intelligi, quia nullus potest facere, quod facere prævalet Deus. Unde & ille antiquus hostis, qui Deo esse per superbiam similis concupivit, dicens: In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, similis ero Altissimo: dū in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus, cum Michaële Archangelo præliaturus esse perhibetur, sicut per Joannem dicitur: Factum est prælium cum Michaële Archangelo. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui Dei Forti-

tudo nominatur. Illum quippè nuntiare veniebat, qui ad debellandas aëreas potestates humilis apparere dignatus est. Raphaël quoque interpretatur, ut diximus, Medicina Dei: quia videlicet dum Tobia oculos quasi per officium curationis tetigit, cæcitatatis ejus tenebras tersit.

**R.** In tempore illo consurget Michaël, qui stat pro filiis vestris: \* **Et** veniet tempus, quale non fuit, ex quo gentes esse cœperunt, usque ad illud.

**V.** In tempore illo salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro vitæ.

**Et. Gloria. Et.**

IN III. NOCTURNO.

**Añã**: Angelus Archangelus Michaël, Dei nuntius pro animabus justis, alleluia, alleluia.

## Psalmus 95.

**C**antate Dño canticum novum : \* cantate Dómino omnis terra.

**C**antate Dómino , & benedicite nomini ejus : \* annuntiáte de die in diē salutáre ejus.

**A**nnuntiáte inter Gentes glóriam ejus , \* in ómnibus populis mirabilia ejus.

**Q**uóniam magnus Dóminus , & laudábilis nimis : \* terribilis est super omnes deos.

**Q**uóniam omnes dii Gē-  
tium dæmonia : \* Dóminus autem cælos fecit.

**C**onfessio, & pulchritudo in conspectu ejus : \* sanctimónia , & magnificentia in sanctificatióne ejus.

**A**fferte Dño patriæ gentium , afferte Dño glóriam & honoré : \* afferte Dño gloriã nomini ejus.

**T**óllite hostias , & introíte in átria ejus : \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

**C**ommoveátur à facie ejus universa terra : \* dicite in Gentibus, quia Dóminus regnavit.

**E**tenim corréxit orbem terræ , qui non commovebitur : \* judicabit populos in æquitate.

**L**ætentur cæli , & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus : \* gaudébunt campi, & omnia , quæ in eis sunt.

**T**unc exultábunt omnia ligna sylvarum à facie Dómini , quia venit : \* quóniam venit judicare terram.

**J**udicábit orbem terræ in æquitate , \* & populos in veritate sua.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã** : Angelus Archàngelus Michaël Dei nuntius pro animábus justis,

tis, allelúia, allelúia.

*Añã:* Data sunt ei incensa multa, ut adoleret ea ante altare aureum, quod est ante oculos Dómini.

*Psalmus 96.*

**D**ominus regnavit, exúltet terra: \* lætentur insulæ multæ.

**N**ubes, & caligo in circuitu ejus: \* justitia, & judicium correctio sedis ejus.

**I**gnis ante ipsum præcedet, \* & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

**I**lluxerunt fúlgura ejus orbi terræ: \* vidit, & commota est terra.

**M**ontes, sicut cera fluxerunt à facie Dómini: \* à facie Dómini omnis terra.

**A**nnuntiaverunt cœli justitiam ejus: \* & viderunt omnes populi gloriam ejus.

**C**onfundantur omnes,

qui adorant sculptilia: \* & qui gloriantur in simulacris suis.

**A**dorate eum omnes Angeli ejus: \* audivit, & lætata est Sion.

**E**t exultaverunt filiæ Judæ, \* propter judicia tua Dómine:

**Q**uóniam tu Dóminus Altissimus super omnem terram: \* nimis exaltatus es super omnes deos.

**Q**ui diligitis Dóminum, odite malum: \* custodit Dóminus ánimas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

**L**ux orta est justo, \* & réctis corde lætítia.

**L**ætamini justi in Dómino: \* & confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

**G**loria Patri. *S*icut.

*Añã:* Data sunt ei incensa multa, ut adoleret ea ante altare aureum,

reum, quod est ante oculos Dómini.

**Añã** : Multa magna-  
lia de Michaële Archan-  
gelo, qui fortis in præ-  
lio fecit victoriam.

**Psalmus 102.**

**B**enedic anima mea  
Dómino: \* & om-  
nia, quæ intra me sunt,  
nomini sancto ejus.

**B**enedic anima mea Dó-  
mino: \* & noli oblivis-  
ci omnes retributiões  
ejus.

**Q**ui propitiátur omni-  
bus iniquitatibus tuis: \*  
qui sanat omnes infirmi-  
tates tuas.

**Q**ui rédimit de interi-  
tu vitam tuam: \* qui  
corónat te in misericor-  
dia, & miserationibus.

**Q**ui réplet in bonis de-  
siderium tuum: \* reno-  
vabitur ut aquilæ juven-  
tus tua.

**F**aciens misericordias  
Dóminus: \* & iudicium

omnibus injuriam patien-  
tibus.

**N**otas fecit vias suas  
Moysi, \* filiis Israel vo-  
luntates suas.

**M**iserátor & miséricors  
Dóminus: \* longani-  
mis, & multum misé-  
ricors.

**N**on in perpetuum iras-  
cétur: \* neque in ætér-  
num comminabitur.

**N**on secundum peccata  
nostra fecit nobis: \* ne-  
que secundum iniquita-  
tes nostras retribuit no-  
bis.

**Q**uóniam secundum al-  
titudinem cœli à terra: \*  
corroboravit misericor-  
diam suam super timen-  
tes se.

**Q**uantum distat ortus  
ab occidente: \* longè  
fecit à nobis iniquitates  
nostras.

**Q**uómo modo miserétur  
pater filiorum, misertus  
est Dóminus timéntibus

se:



se: \* quóniam ipse cognovit figmentum nostrú.

**R**ecordátus est, quóniam pulvis sumus: \* homo sicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorébit.

**Q**uóniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: \* & non cognoscet amplius locum suum.

**M**isericordia autem Dómini ab ætérno, \* & usque in ætérnum super timentes eum.

**E**t justítia illius in filios filiorum, \* his qui sérvant testamentú ejus.

**E**t mémores sunt mandatórum ipsius, \* ad faciendum ea.

**D**óminus in cœlo parávit sedem suam: \* & regnum ipsius omnibus dominábitur.

**B**enedícite Dómino omnes Angeli ejus: \* potentes virtute, facientes

verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

**B**enedícite Dño omnes virtutes ejus: \* ministri ejus, qui fácitis voluntatem ejus.

**B**enedícite Dño omnia opera ejus: \* in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Dño.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añ**a: Multa magna-lia de Michaële Archangelo, qui fortis in prælio fecit victoriam.

**Y.** In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

**R.** Adorábo ad templú sanctum tuum, & confitébor nomini tuo.

**Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.**

**Lectio VII. Cap. 18.**

**I**N illo tempore: Accesserunt discipuli ad Je-

Jesum, dicentes: Quis putas major est in regno cœlorum? Et reliqua.

**Homilia S. Hieronymi  
Presbyteri.**

*Lib. 3. Com. c. 18. in  
Matth.*

**P**ost inventum staterem, post tributa reddita, quid sibi vult Apostolorum repentina interrogatio, Quis putas major est in regno cœlorum? Quia viderant pro Petro, & Domino idem tributum redditum, ex æqualitate pretii arbitrati sunt Petrum omnibus Apostolis esse prelatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus: ideò interrogant, quis major sit in regno cœlorum. Vidensque Jesus cogitationes eorum, & causas erroris intelligens, vult

desiderium gloriæ, humilitatis contentione sanare.

**R.** In conspectu Gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adorare, & timete Dominum: \* **A**ngelus enim ejus vobiscum est.

**V.** Stetit Angelus juxta aram Templi, habens thuribulum aureum in manu sua. **A**ngelus. **Bño:** Quorum festum colimus.

**Lectio VIII.**

**S**I autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te. Necesse est quidem venire scandala: vae tamen ei est homini, qui, quod necesse est ut fiat in mundo, vitio suo facit, ut per se fiat. Igitur omnis truncatur affectus, & universa propinquitas amputatur, ne per occasionem pietatis unusquisque creditum scandalis pateat.

Si,

Si, inquit, ita est, quis tibi conjunctus, ut manus, pes, oculus, & est utilis, atque sollicitus, & acutus ad perspicendum, scándalum autem tibi facit, & propter dissonantiam morum te pertrahit in gehennam: melius est, ut & propinquitate ejus, & emolumentis carnalibus cáreas: ne, dum vis lucrifacere cognátos, & necessarios, causam habeas ruinarú.

**R.** Michaël Archangelus venit in adiutorium populo Dei. \* **S**tétit in auxilium pro animábus justis.

**V.** Stétit Angelus juxta aram Templi, habens thuribulum áureum in manu sua. **S**tétit. **G**loria. **S**tétit.

**Lectio ix.**

**D**ico vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem

Patris mei. Supra dixerat, per manum, & pedem, & oculum, omnes propinquitates, & necessitudines, quæ scándalum facere poterant, amputandas: austeritatem itaque sententiæ, subiecto præcepto temperat, dicens: Vidéte ne contemnátis unum ex pusillis istis. Sic, inquit, præcipio severitatem, ut cómisceri cleméntiam doceam: quia Angeli eorum in cœlis vident semper faciem Patris. Magna dignitas animárum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui, Angelum delegátum. Unde légimus in Apocalypsi Joánnis: Angelo Ephesi, & reliquarum Ecclesiarú, scribe hæc. Apostolus quoque præcipit velari cápita in Ecclesiis foëminarú propter Angelos.

e

**T**e

**T**E Deum laudâmus:  
te Dóminum con-  
fitêmur.

**T**e atérnum Patrem:  
omnis terra venerâtur.

**T**ibi omnes Angeli: ti-  
bi cœli, & univêrsæ po-  
testâtes:

**T**ibi Chérubim & Séra-  
phim: incessâbili voce  
proclâmant:

**S**anctus, **S**anctus, **S**an-  
ctus: Dóminus Deus Sá-  
bath.

**P**leni sunt cœli & terra:  
majestâtis glóriæ tuæ.

**T**e gloriósus Apосто-  
lôrum chorus,

**T**e Prophetârum laudâ-  
bilis númerus,

**T**e Mártyrum candidâ-  
tus laudat exércitus.

**T**e per orbem terrârum,  
sancta confitêtur Ecclé-  
sia:

**P**atrem imménsæ maje-  
stâtis,

**V**enerândum tuum ve-  
rum, & únicum Fílium,

**S**anctum quoque Pará-  
clitum Spíritum.

**T**u Rex glóriæ Christe.

**T**u Patris sempitérnus  
es Fílius.

**T**u ad liberândum sus-  
ceptûrus hómínem: non  
horruísti Vírginis úterû.

**T**u devícto mortis acú-  
leo: aperuísti credénti-  
bus regna cœlôrum.

**T**u ad déxteram Dei  
sedes: in glória Patris.

**J**udex créderis esse vè-  
turus.

**T**e ergo quæsumus, tuis  
fámulis súbveni: quos  
pretióso sanguine rede-  
misti.

**Æ**térna fac cum sanctis  
tuis: in gloria numerári.

**S**alvum fac pópulum tuú  
Dómine: & benédic hæ-  
reditâti tuæ.

**E**t rege eos, & extolle  
illos usque in atérnum.

**P**er singulos dies, be-  
nedícimus te.

**E**t laudâmus nomen  
tuum

tuum in sæculum : & in  
sæculum sæculi.

**D**ignare Dómine die is-  
to : sine peccáto nos cu-  
stodire.

**M**iserere nostri Dómi-  
ne , miserere nostri.

**F**iat misericórdia tua  
Dómine super nos: quæ-  
admodum sperávimus in  
te.

**I**n te Dómine sperávi:  
non confúndar in æternũ.

**A D L A U D E S ,**  
& per Horas.

**Añã :** Stetit Angelus  
juxta áram Templi , ha-  
bens thuribulum áureum  
in manu sua.

**Psalmus 92.**

**D**ominus regnavit,  
decórem indutus  
est: \* indutus est Dó-  
minus fortitudinem, &  
præcinxit se.

**E**tenim firmavit orbem  
terræ , \* qui non com-  
movébitur.

**P**arata sedes tua ex-  
tunc: \* à sæculo tu es.

**E**levaverunt flúmina Dó-  
mine: \* elevaverunt flú-  
mina vocem suam.

**E**levaverunt flúmina flu-  
ctus suos , \* à vóci-  
bus aquarum multarum.

**M**irabiles elationes ma-  
ris , \* mirabilis in altis  
Dóminus.

**T**estimónia tua credi-  
bilia facta sunt nimis; \*  
domum tuam decet san-  
ctitudo Dómine in lon-  
gitudinem diærum.

**G**loria Patri. **Sicut.**

**Añã :** Stetit Angelus  
juxta aram Templi , ha-  
bens thuribulum áureum  
in manu sua.

**Añã :** Dum præliarétur  
Míchaël Archange-  
lus cum draconé , audí-  
ta est vox dicentium: Sa-  
lus Deo nostro , allel.

**Psalmus 99.**

**J**ubiláte Deo omnis  
terra: \* servíte Dó-  
mi-

mino in latítia.

**I**ntroíte in conspectu  
ejus, \* in exultatióne.

**S**citóte quóniam Dñus  
ipse est Deus : \* ipse  
fecit nos, & non ipsi  
nos.

**P**opulus ejus, & oves  
páscuæ ejus : \* introíte  
portas ejus in confessiô-  
ne, átria ejus in hym-  
nis : confitémini illi.

**L**audáte nomen ejus,  
quóniam suávis est Dó-  
minus, in ætérnum mi-  
sericórdia ejus : \* & us-  
que in generatióne, &  
generatióne veritas  
ejus.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Aña** : Dum præliaré-  
tur Michaël Archange-  
lus cum dracóne, audíta  
est vox dicéntium : Sa-  
lus Deo nostro, allel.

**Aña** : Archángele Mi-  
chaël, constitui te prin-  
cipem super omnes ani-  
mas suscipiendas.

**Psalmus 62.**

**D**Eus, Deus meus \*  
ad te de luce ví-  
gilo.

**S**itívit in te ánima mea, \*  
quàm multipliciter tibi  
caro mea.

**I**n terra desérta, & ín-  
via, & inaquósa : \* sic  
in sancto appáruí tibi, ut  
vidêrem virtútem tuam,  
& gloriam tuam.

**Q**uóniã melior est mi-  
sericordia tua super vi-  
tas : \* lábia mea laudá-  
bunt te.

**S**ic benedícam te in vi-  
ta mea : \* & in nomine  
tuo levâbo manus meas.

**S**icut ádipe, & pingue-  
dine repleátur ánima  
mea : \* & lábiis exulta-  
tiónis laudábit os meú.

**S**i mémor fui tui super  
strátum meum, in ma-  
tutínis meditâbor in te : \*  
quia fuísti adjûtor meus.

**E**t in velamêto alârum  
tuârum exultâbo, adhæ-  
sit

sit ánima mea post te: \*  
me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanū quæ-  
sierunt animam meam,  
introibunt in inferiõra  
terræ: \* tradentur in  
manus gládii, partes vúl-  
pium erunt.

Rex verò lætabitur in  
Deo, laudabuntur om-  
nes qui iurant in eo; \*  
quia obstructum est os  
loquentium iniqua.

*Hic non dicitur Gloria  
Patri.*

*Psalmus 66.*

**D**eus misereatur no-  
stri, & benedicat  
nobis: \* illúminet vul-  
tum suum super nos, &  
misereatur nostri.

Ut cognoscamus in te-  
rra viam tuam: \* in om-  
nibus Géntibus salutare  
tuum.

Confiteantur tibi popu-  
li Deus: \* confiteantur  
tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent

Gentes: \* quóniam jú-  
dicas populos in æquitâ-  
te, & Gentes in terra dí-  
rigis.

Confiteantur tibi popu-  
li Deus, confiteantur ti-  
bi populi omnes: \* terra  
dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus,  
Deus noster, benedicat  
nos Deus: \* & métuant  
eum omnes fines terræ.

Gloria Patri. Sicut.

*Aña:* Archángele Mí-  
chaël, constitui te prin-  
cipem super omnes ani-  
mas suscipiendas.

*Aña:* Angéli Dómini  
Dóminum benedicite in  
ætérnum.

*Cantic. trium puerorum.*

*Danielis 3.*

**B**enedicite ómnia ó-  
pera Dómini Dó-  
mino: \* laudate, & su-  
perexaltate eum in sæ-  
cula.

Benedicite Angeli Dó-  
mí-

mini Dómino : \* benedícite cœli Dómino.

**B**enedícite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino : \* benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

**B**enedícite sol & luna Dómino : \* benedícite stellæ cœli Dómino.

**B**enedícite omnis imber & ros Dómino : \* benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

**B**enedícite ignis, & æstus Dómino : \* benedícite frigus, & æstus Domino.

**B**enedícite rores & pruina Domino : \* benedícite gelu, & frigus Dño.

**B**enedícite glácies & nives Domino : \* benedícite noctes & dies Dño.

**B**enedícite lux, & tenebræ Domino : \* benedícite fúlgura & nubes Domino.

**B**enedicat terra Dominum : \* laudet & super-

exaltet eum in sæcula.

**B**enedícite mótes & colles Domino : \* benedícite universa germinántia in terra Domino.

**B**enedícite fontes Domino ; \* benedícite mária & flúmina Domino.

**B**enedícite cete, & omnia quæ movétur in aquis Domino : \* benedícite omnes volucres cœli Domino.

**B**enedícite omnes bestia & pecora Domino : \* benedícite filii hominum Domino.

**B**enedicat Israël Dominum : \* laudet & superexáltet eum in sæcula.

**B**enedícite sacerdotes Domini Domino : \* benedícite servi Domini Domino.

**B**enedícite spíritus & ánimæ justórum Dño : \* benedícite sancti, & húmiles corde Domino.

**B**enedícite Ananîa, Azarîa,



ria, Misaël Domino: \*  
laudate, & superexaltate  
eum in sæcula.

**B**enedicamus Patrem &  
Filiū cum sancto Spī-  
ritu: \* laudēmus, & su-  
perexaltēmus eum in sæ-  
cula.

**B**enedictus es Domine  
in firmamento cœli: \*  
& laudabilis, & glorió-  
sus, et superexaltatus in  
sæcula.

**Hic non dicitur Gloria  
Patri.**

**Añā:** Angeli Dómini  
Dóminum benedicite in  
ætérnum.

**Añā:** Angeli, Archan-  
geli, Throni, et Domi-  
nationes, Principatus, et  
Potestates, Virtutes cœ-  
lorum, laudate Domi-  
num de cœlis, allel.

**Psalmus 148.**

**L**audate Dóminum  
de cœlis: \* laudā-  
te eum in excelsis.

**L**audate eum omnes An-

geli ejus: \* laudate eum  
omnes virtutes ejus.

**L**audate eum sol et lu-  
na: \* laudate eum om-  
nes stellæ et lumen.

**L**audate eum cœli cœ-  
lôrum: \* et aquæ om-  
nes quæ super cœlos sūt,  
laudent nomen Dómini.

**Q**uia ipse dixit, et facta  
sunt: \* ipse mandavit,  
et creata sunt.

**S**tátuit ea in ætérnum,  
et in sæculum sæculi: \*  
præcéptum pòsuit, et nō  
præteribit:

**L**audate Dóminum de  
terra: \* dracones, et  
omnes abyssi.

**I**gnis, grando, nix, glá-  
cies, spíritus procellá-  
rum: \* quæ faciunt ver-  
bum ejus.

**M**ontes, et omnes col-  
les: \* ligna fructífera, et  
omnes cedri.

**B**éstia, et univérſa pé-  
cora: \* serpentes, et vó-  
lucres pennatæ.

**R e.**

**R**eges terræ, et omnes  
pópuli: \* principes, et  
omnes júdices terræ.

**J**úvenes, et vírgines, se-  
nes cum junióribus lau-  
dent nomen Domini: \*  
quia exaltátum est no-  
men ejus solius.

**C**onfessio ejus super ce-  
lum et terrá: \* et exal-  
távit cornu populi sui.

**H**ymnus omnibus san-  
ctis ejus: \* filiis Israël,  
populo appropinquánti  
sibi.

**Hic non dicitur Gloria  
Patri.**

**Psalmus 149.**

**C**antáte Dño cán-  
ticum novum: \*  
laus ejus in Ecclesia san-  
ctórum.

**L**ætétur Israël in eo, qui  
fecit eum: \* et filii Sion  
exúltent in rege suo.

**L**áudent nomen ejus in  
choro: \* in tympano,  
et psalterio psallant ei.

**Q**uia beneplácitum est

Dño in populo suo: \*  
et exaltábit mansuétos  
in salútem.

**E**xultábunt sácti in glo-  
ria: \* lætabúntur in cu-  
bilibus suis.

**E**xaltatiónes Dei in gút-  
ture eórum: \* et glá-  
dii ancípites in máribus  
eórum.

**A**d faciéndam vindictá  
in natióribus, \* incre-  
pationes in populis.

**A**d alligandos reges eó-  
rum in compédibus: \*  
et nóbiles eórum in ma-  
nicis ferreis.

**U**t faciant in eis judi-  
cium cóscriptum: \* glo-  
ria hæc est omnibus san-  
ctis ejus.

**Hic non dicitur Gloria  
Patri.**

**Psalmus 150.**

**L**audáte Dominum  
in sanctis ejus: \*  
laudáte eum in firma-  
mento virtútis ejus.

**L**audáte eum in virtú-  
ti-

**S. Michaelis Archangeli.**

39

tibus ejus : \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

**L**audate eum in sono tubæ : \* laudate eum in psalterio , et cithara.

**L**audate eum in tympano , et choro : \* laudate eum in chordis, et organo.

**L**audate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis : \* omnis spiritus laudet Dominum.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añ**a: Angeli, Archangeli , Throni , et Dominationes, Principatus, et Potestates, Virtutes cœlorum , laudate Dominum de cœlis , allel.

**Capit.** *Apoc. 2.*

**S**ignificavit Deus, quæ oportet fieri citò , loquens per Angelum suum servo suo Joāni , qui testimonium perhibuit verbo Dei , et

testimonium Jesu Christi quæcumque vidit.

**R.** Deo gratias.

**Hymnus.**

**C**hriste , sanctorum decus Angelorum, Gêntis humanæ Sator, et Redemptor Cœlitum nobis tribuas beatas

Scandere sedes.

**A**ngelus pacis Michaël in Ædes

Cœlitus nostras veniat, serena

Auctor ut pacis lacrymosa in Orcum

Bella releget.

**A**ngelus fortis Gabriel, ut hostes

Pellat antiquos, et amica cœlo,

Quæ triumphator statuit per Orbem,

Templa revisat.

**A**ngelus nostræ medicus salutis,

Adsit è cœlo Raphaël, ut omnes

f

Sa-

Sanet agrótos , dubios-  
que vitæ

Dírigat actus.

**V**irgo Dux pacis , Ge-  
nítrixque lucis,

Et sacer nobis Chórus  
Angelórum

Semper assístat , simul  
et micantis

Regia cœli.

**P**ræstet hoc nobis Déi-  
tas beata

Patris, ac Nati, pariter-  
que Sancti

Spíritus , cujus resonat  
per omnem

Gloria Mundum. Amen.

**V.** Stétit Angelus juxta  
aram Templi.

**R.** Habens thuribúlum  
aureum in manu sua.

**Ad Benedictus Aña:**

Fáctum est siléntium in  
cœlo , dum draco com-  
mitteret bellum: et Mí-  
chaël pugnavit cum eo,  
et fecit victoriam, allel.

**Cantic. Zach. Luc. I.**

**B**enedíctus Dóminus  
Deus Israël,\* quia  
visitâvit , & fecit redem-  
ptiônem plebis suæ.

**E**t eréxit cornu salutis  
nobis , \* in domo Da-  
vid pueri sui.

**S**icut locûtus est per os  
sanctórum , \* qui à sæ-  
culo sunt Prophetârum  
ejus.

**S**alûtem ex inimícis no-  
stris , \* & de manu óm-  
nium qui odérunt nos.

**A**d faciéndam miserí-  
córdiam cum pátribus  
nostris : \* & memorári  
testaménti sui sancti.

**J**usjurándum , quod ju-  
rávit ad Abraham pa-  
trem nostrum , \* datû-  
rum se nobis:

**U**t sine timóre de ma-  
nu inimicórum nostró-  
rum liberáti , \* serviâ-  
mus illi.

**I**n sanctitâte , & justí-  
tia coram ipso : \* óm-  
ni-

nibus diēbus nostris.

**E**t tu puer Prophēta Altissimi vocaberis : \* præibis enim ante faciē Dōmini parāre vias ejus.

**A**d dandam scientiam salutis plebi ejus , \* in remissionem peccatorum eorum.

**P**er viscera misericordiæ Dei nostri : \* in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

**I**lluminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent : \* ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis.

**G**loria Patri. **S**icut.

**A**n̄a : Factum est silentium in cœlo, dum draco committeret bellum : & Michaël pugnavit cum eo, & fecit victoriam, alleluia.

**O**ratio.

**D**eus, qui miro ordine Angelorum ministéria, hominumque

dispensas : concede propitius : ut à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniat. Per Dōminum.

**A**D PRIMAM.

**H**ymnus.

**J**am lucis orto sidere  
Deū precemur sup-  
plices,

Ut in diurnis actibus  
Nos servet à nocētibus.

**L**inguam refrænans tē-  
peret,

Ne litis horror insonet:  
Visum fovendo cōtegat,  
Ne vanitates hauriat.

**S**int pura cordis intima,  
Absistat & vecordia:  
Carnis terat superbiam.

**P**otus cibique parcitas:  
**U**t cum dies abscēsserit,  
Noctēmq̄ sors redū-  
xerit,

Mundi per abstinentiam  
Ipsi canāmus gloriam.

**D**eo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc, & per omne sæ-  
culum. Amen.

**Añã** : Stétit Angelus.

**Psalmus 53.**

**D**Eus in nómine tuo  
salvum me fac: \*  
& in virtúte tuã júdica  
me.

**D**eus exáudi oratióne  
meam: \* áuribus pérci-  
pe verba oris mei.

**Q**uóniam alieni insur-  
rexérunt advérsùm me,  
& fortes quæsiérunt áni-  
mam meam: \* & non  
proposuérunt Deum an-  
te conspectum suum.

**E**cce enim Deus ádjú-  
vat me: \* & Dóminus  
suscéptor est animæ  
meæ.

**A**véte mala inimícis  
meis: \* & in veritáte tua  
dispérde illos.

**V**oluntariè sacrificábo  
tibi, \* & confitêbor nó-

mini tuo Dómine: quón-  
iam bonum est.

**Q**uóniam ex omni tri-  
bulatióne eripuísti me: \*  
& super inimícos meos  
despéxit óculus meus.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Psalmus 118.**

**B**Eáti immaculáti in  
via: \* qui ámbu-  
lant in lege Dómini.

**B**eáti qui scrutántur te-  
stimónia ejus: \* in toto  
corde exquírunt eum.

**N**on enim qui operan-  
tur iniquitátem, \* in viis  
ejus ambulavérunt.

**T**u mandásti \* mandá-  
ta tua custodiri nimis.

**U**tinam dirigantur via-  
meæ, \* ad custodien-  
das justificatiónes tuas.

**T**unc non confúndar, \*  
cùm perspéxero in óm-  
nibus mandátis tuis.

**C**onfitêbor tibi in dire-  
ctiône cordis: \* in eo  
quòd didici judícia ju-  
stítia tuæ.

**Ju-**

**J**ustificatiões tuas custodiã : \* non me derelinquas usquequãque.

**I**n quo corrigit adolescentior viam suam? \* in custodiendo sermões tuos.

**I**n toto corde meo exquisivi te : \* ne repellas me à mandãtis tuis.

**I**n corde meo abscondi elóquia tua : \* ut non peccem tibi.

**B**enedictus es Dómine : \* doce me justificatiões tuas.

**I**n lábiis meis \* pronuntiãvi ómnia iudicia oris tui.

**I**n via testimoniórum tuórum delectãtus sũ , \* sicut in ómnibus divitiis.

**I**n mandãtis tuis exercëbor : \* & considerãbo vias tuas.

**I**n justificatiõnibus tuis meditãbor : \* non obliviscar sermões tuos.

**R**etríbue servo tuo, vivifica me : \* & custodiã sermões tuos.

**R**evéla óculos meos : \* & considerãbo mirabilia de lege tua.

**I**ncola ego sum in terra : \* non abscondas a me mandãta tua.

**C**oncupivit ánima mea desiderãre justificatiões tuas, \* in omni tempore.

**I**ncrepãsti superbos : \* maledicti qui declinant à mandãtis tuis.

**A**ufer à me oppróbrium & contéptum : \* quia testimónia tua exquisivi.

**E**tenim sedérunt principes , & advérsùm me loquebãntur : \* servus autem tuus exercebãtur in justificatiõnibus tuis.

**N**am & testimónia tua meditãtio mea est : \* & consílium meum justificatiões tuæ.

**A**dhæsit paviménto ánima mea : \* vivifica me

se-

secundum verbum tuum  
**V**ias meas enuntiavi, &  
 exaudisti me: \* doce  
 me justificationes tuas.

**V**iam justificationum tua-  
 rum instrue me: \* &  
 exercabor in mirabilibus  
 tuis.

**D**ormitavit anima mea  
 pro tadio: \* confirma  
 me in verbis tuis.

**V**iam iniquitatis amove  
 a me: \* & de lege tua  
 miserere mei.

**V**iam veritatis elegi: \*  
 iudicia tua non sum o-  
 blitus.

**A**dhasi testimoniis tuis  
 Domine: \* noli me con-  
 fundere.

**V**iam mandatorum tuo-  
 rum cucurri, \* cum di-  
 latasti cor meum.

**G**loria Patri. **Sicut.**

**Añã:** Stetit Angelus,  
 ut in **Laud.** pag. 33.

**Capit.** 1. *Tim.* 1. d.

**R**Egi saeculorum im-  
 mortali & invisi-

bili, soli Deo honor &  
 gloria in saecula saeculo-  
 rum. Amen.

**R.** Deo gratias.

**R. brev.** Christe Fili Dei  
 vivi. Miserere nobis.

**R.** Christe. **ψ.** Qui sedes  
 ad dexteram Patris. Mi-

serere. **ψ.** Gloria Patri.  
 Christe. **ψ.** Exurge Chri-

ste, adjuva nos. **R.** Et  
 libera nos propter nome-

tuum. **ψ.** Dominus vo-

biscum. **R.** Et cum spi-  
 ritu tuo.

**Oratio.**

**D**omine Deus om-

nipotens, qui ad

principium hujus diei nos

pervenire fecisti: tua nos

hodie salva virtute; ut

in hac die ad nullum de-

clinemus peccatum, sed  
 semper ad tuam justitiam  
 faciendam nostra  
 procedant eloquia, diri-  
 gantur cogitationes &  
 opera. Per Dominum.  
**ψ.** Dominus vobiscum.

**R.**



**S. Michaelis Archangeli.**

45

**R.** Et cum spírítu tuo.

**V.** Benedicâmus Dño.

**R.** Deo gratias.

**V.** Pretiõsa in conspéctu Dòmini. **R.** Mors sanctòrum ejus.

**Et absolute sine Oremus.**

**Oratio.**

**S**ancta Mariâ, & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dòminum: ut nos mereâmur ab eo adjuvâri & salvâri, qui vivit, & regnat in sæcula sæculòrũ.

**R.** Amen. **V.** Deus in adiutorium meum inténde. **R.** Dòmine ad adjuvandum me festína.

**Et dicitur ter: ultimo additur.** Gloria Patri.

**S**icut erat. **K** yrie eléison. **C**hriste eléison.

**K** yrie eléison. **P**ater noster. **secreto.** **V.** Et ne nos indúcas in tentatiõnem.

**R.** Sed libera nos à malo. **V.** Réspice in servos tuos Dòmine, &

in ópera tua, & dirige filios eòrum. **R.** Et sit spléndor Dòmini Dei nostri super nos, & ópera

ra mánuum nostrârum dirige super nos, & opus mánuum nostrârum dí-

rige. **V.** Glória Patri.

**R.** Sicut erat.

**Oratio.**

**D**irigere & sanctifi-

câre, régere & gubernâre dignâre Dòmine

Deus Rex cœli & terræ, hodiè corda & còrpora

nostra, sensus, sermões, & actus nostros in

lege tua, & in óperibus mandatòrum tuòrum: ut

híc, & in ætérnum, te auxiliânte, salvi, & liberí

esse mereâmur, Salvâtor mundi: Qui vivis & re-

gnas in sæcula sæculòrũ.

**R.** Amen. **V.** Jube domne benedí-

cere. **Benedict.** Dies & actus nostros in sua pa-

ce dispònat Dòminus

om-

omnipotens. **R.** Amen.

**Ad Absolut. Capituli  
dicitur Capitul. Nonæ.**

**Post lectionem brevẽ  
dicitur  $\psi$ .** Adjutórium  
nostrum in nómine Dñi.

**R.** Qui fecit cœlum &  
terram.  **$\psi$ .** Benedícite.

**R.** Deus. **Benedict.** Dó-  
minus nos benedícat, &  
ab omni malo defendat,  
& ad vitam perdúcat æ-  
térnam, & Fidelium áni-  
mæ per misericórdiam  
Dei requiescant in pace.

**R.** Amen.

### AD TERTIAM.

#### Hymnus.

**N**unc sancte nobis  
Spíritus,  
Unum Patri cum Filio,  
Dignâre promptus ín-  
geri

Nostro refûsus pectori.

**O**s, lingua, mens, sen-  
sus, vígor,

Confessionem pèsonet,

Flamméscat igne chári-  
tas,

Accendat ardor próxi-  
mos.

**P**ræsta, Pater piússime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum. Amen.

**Añã:** Dum præliarétur.

#### Psalmus.

**L**egé pone mihi Dó-  
mine viam justifi-  
caciónum tuârum: \* &  
exquíram eam semper.

**D**a mihi intelléctum, &  
scrutabor legem tuam: \*  
& custódiam illam in to-  
to corde meo.

**D**educ me in sémitam  
mandatòrum tuòrum: \*  
quia ipsam vólui.

**I**nclína cor meum in te-  
stimónia tua, \* & non  
in avarítiam.

**A**verte óculos meos ne  
videant vanitâtem: \* in  
via tua vivífica me.

**S**tatue servo tuo eló-  
quium

quium tuum, \* in timô-  
re tuo.

**A**mputa opprôbrium  
meum, quod suspicatus  
sum: \* quia iudicia tua  
iucúnda.

**E**cce concupívi mandâ-  
ta tua: \* in æquitâte tua  
vivífica me.

**E**t véniat super me mi-  
sericórdia tua Dñe: \*  
salutâre tuum secúndum  
elóquium tuum.

**E**t respondêbo expo-  
brántibus mihi verbû: \*  
quia sperávi in sermó-  
nibus tuis.

**E**t ne áuferas de ore  
meo verbum veritâtis  
usquequâque: \* quia in  
iudiciis tuis supersperá-  
vi.

**E**t custódiam legem tuã  
semper, \* in sæculum &  
in sæculum sæculi.

**E**t ambulábam in lati-  
tudine: \* quia mandâ-  
ta tua exquisivi.

**E**t loquêbar in testimo-

niis tuis in conspéctu re-  
gum: \* & non confun-  
dêbar.

**E**t meditâbar in mandá-  
tis tuis, \* quæ diléxi.

**E**t levávi manus meas  
ad mandáta tua, quæ di-  
léxi: \* & exercébar in  
justificatióibus tuis.

**M**emor esto verbi  
tui servo tuo, \*  
in quo mihi spé dedísti.

**H**æc me consolâta est  
in humilitâte mea: \* quia  
elóquium tuum vivifi-  
câvit me.

**S**upérbi iníquè agébant  
usquequâque: \* à lege  
autem tua non declinávi.

**M**émor fui judiciórum  
tuórum à sæculo Dómi-  
ne: \* & consolatus sum.

**D**eféctio ténuít me, \*  
pro peccatóribus dere-  
linquentibus legem tuã.

**C**ántabiles mihi erant  
justificatióes tuæ, \*  
in loco peregrinatiónis  
meæ.

**M**emor fui nocte nóm-  
nis tui Dómine: \* & cu-  
stodívi legem tuam.

**H**æc facta est mihi: \*  
quia justificatiónes tuas  
exquisívi.

**P**órtio mea Dómine, \*  
dixi, custodíre legē tuā.

**D**eprecátus sum fáciem  
tuā in toto corde meo: \*  
miserêre mei secúndum  
elóquium tuum.

**C**ogitávi vias meas: \*  
& convérsti pedes meos  
in testimónia tua.

**P**arátus sum, & non sum  
turbátus: \* ut custó-  
diam mandâta tua.

**F**unes peccatôrum cir-  
cumpléxi sunt me: \* &  
legem tuam non sum ob-  
litus.

**M**édia nocte surgêbam  
ad confiténdum tibi, \*  
super iudícia justificatiô-  
nis tuæ.

**P**árticeps ego sum óm-  
niū timéntiū te, \* & cu-  
stodiéntiū mandâta tua.

**M**isericórdia tua Dómi-  
ne plena est terra: \* ju-  
stificatiónes tuas doce  
me.

**B**onitâtem fecísti cū  
servo tuo Dñe, \*  
secúndum verbum tuum.

**B**onitâtem, & discipli-  
nam, & sciéntiam doce  
me: \* quia mandâti-  
s tuis crêdidi.

**P**riúsquam humiliârer  
ego deliqui: \* propterea  
elóquium tuū custodívi.

**B**onus es tu: \* & in bo-  
nitâte tua doce me justi-  
ficatiónes tuas.

**M**ultiplicâta est super  
me iníquitas superbô-  
rum: \* ego autem in to-  
to corde meo scrutabor  
mandâta tua.

**C**oagulâtum est sicut  
lac cor eorum: \* ego  
vero legem tuam medi-  
tâtus sum.

**B**onum mihi quia humi-  
liasti me; \* ut discam  
justificatiónes tuas.

**B**o

**B**onum mihi lex oris tui,  
\* super millia auri, &  
argenti.

**M**anus tuæ fecerunt me,  
& plasmaverunt me : \*  
da mihi intellectum, &  
discam mandata tua.

**Q**ui timent te, vidébunt  
me, & lætabuntur : \* quia  
in verba tua supersperá-  
vi.

**C**ognóvi Domine quia  
æquitas iudicia tua : \* &  
in veritate tua humiliá-  
sti me.

**F**iat misericórdia tua ut  
consolétur me, \* secún-  
dum elóquium tuum ser-  
vo tuo.

**V**éniant mihi miseratió-  
nes tuæ, & vivam : \* quia  
lex tua meditatio mea  
est.

**C**onfundántur superbi,  
quia injústè iniquitatem  
fecerunt in me : \* ego  
autem exercébor in man-  
datis tuis.

**C**onvertántur mihi ti-

méntes te, \* & qui no-  
vérunt testimónia tua.

**F**iat cor meum immacu-  
látum in justificatióibus  
tuis, \* ut non confúndar.

**Añã** : Dum præliaré-  
tur, &c. pag. 33. **Capit.**  
Significávit, &c. pag. 39.

**R. brev.** Stétit An-  
gelus, \* Juxta áram  
templi. **S** tétit. **ψ.** Ha-  
bens thuribulum áureum  
in manu sua. **J**uxta.  
**G**loria Patri. **S** tetit. **ψ.**  
Ascendit fumus aróma-  
tum in conspéctu Dñi.  
**R.** De manu Angeli.

**Oratio** : Deus, qui mi-  
ro, &c. pag. 41.

AD SEXTAM.

**Hymnus.**

**R**ector potens, ve-  
rax Deus,  
Qui témperas rerū vices;  
Splendóre manè illúmi-  
nas,  
Et ignibus merídiem.

**E**xtingue flammam litium,  
 Aufer calorem noxium,  
 Confer salutem corporum,  
 Veramque pacem cordium.

**P**resta, Pater piissime,  
 Patrique compar Unice,  
 Cum Spiritu Paraclito  
 Regnans per omne seculum. Amen.

**Añã :** Archàngele Michaël,

**Psalmus.**

**D**efecit in salutare  
 tuum anima mea : \*  
 & in verbum tuum supersperavi.

**D**efecerunt oculi mei in  
 eloquium tuum, \* dicen-  
 tes : Quando consolaberis  
 me?

**Q**uia factus sum sicut  
 uter in pruina : \* justifi-  
 cationes tuas non sum  
 oblitus.

**Q**uot sunt dies servi-  
 tui : \* quando facies de-  
 persequentibus me iudicium ?

**N**arraverunt mihi iniqui  
 fabulationes : \* sed  
 non ut lex tua.

**O**mnia mandata tua veritas : \*  
 iniquè persecuti sunt me,  
 adjuva me.

**P**aulò minùs consummaverunt  
 me in terra : \* ego autem non  
 dereliqui mandata tua.

**S**ecundùm misericordiam  
 tuam vivifica me : \* &  
 custodiam testimonia oris  
 tui.

**I**n ætèrnum Dòmine, \*  
 verbum tuum permanet  
 in cælo.

**I**n generationem & genera-  
 tionem veritas tua : \*  
 fundasti terram, & permanet.

**O**rdinatione tua perseverat  
 dies : \* quoniam omnia  
 serviunt tibi.

**N**isi quòd lex tua meditatio  
 mea est : \* tunc fortè periissem  
 in humilitate mea.

**I**n ætèrnum non obli-  
 vis-

**S. Michaelis Archangeli.**

51

víscaŕ justificatiónes tu-  
ás : \* quia in ipsis vivi-  
ficásti me.

**T**uus sum ego, salvum  
me fac : \* quóniam ju-  
stificatiónes tuas exqui-  
sívi.

**M**e expectavérunt pec-  
catóres ut pérderét me : \*  
testimónia tua intélléxi.

**O**mnis consummatiõnis  
vidi finem : \* latum mán-  
dátum tuum nimis.

**Q**uómodo diléxi  
legem tuam Dó-  
mine ? \* tota die  
meditátio mea est.

**S**uper inimícos meos  
prudéntem me fecísti  
mandáto tuo : \* quía in  
ætérnum mihi est.

**S**uper omnes docétes  
me intellexi : \* quia te-  
stimónia tua meditátio  
mea est.

**S**uper senes intellèxi : \*  
quia mandáta tua quæ-  
sívi.

**A**b omni via mala pro-

híbui pedes meos : \* ut  
custódiam verba tua.

**A** judiciis tuis non de-  
clinávi : \* quia tu legem  
posuísti mihi.

**Q**uàm dúlcia fáucibus  
meis elóquia tua , \* su-  
per mel ori meo!

**A** mandátis tuis intellè-  
xi : \* proptèrea odívi  
omnem viam iniquitátis.

**L**ucérna pédibus meis  
verbum tuum , \* & lu-  
men sémitis meis.

**J**urávi , & statui \* cu-  
stodire judícia justitiæ  
tuæ.

**H**umiliátus sum usque-  
quâque Dómine : \* vi-  
vífica me secúndum ver-  
bum tuum.

**V**oluntária oris mei be-  
neplácita fac Dómine : \*  
& judícia tua doce me.

**A**nima mea in má nibus  
meis semper : \* & legem  
tuam non sum oblítus.

**P**osuérunt peccatóres  
láqueum mihi : \* & de  
man-

mandatis tuis non erravi.  
**H**æreditate acquisivi testimonia tua in æternum: \* quia exultatio cordis mei sunt.

**I**nclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, \* propter retributionem.

**I**niquos odio habui: \* & legem tuam dilexi.

**A**djuutor, & susceptor meus es tu: \* & in verbum tuum supersperavi.

**D**eclinate à me maligni: \* & scrutabor mandata Dei mei.

**S**uscipe me secundum eloquium tuum, & vivam: \* & non confundas me ab expectatione mea.

**A**djuva me, & salvus ero: \* & meditabor in justificationibus tuis semper.

**S**previsti omnes discedentes à judiciis tuis: \* quia injusta cogitatio eorum.

**P**rævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideò dilexi testimonia tua.

**C**onfige timore tuo carnes meas: \* à judiciis enim tuis timui.

**F**eci iudicium, & justitiam: \* non tradas me calumniantibus me.

**S**uscipe servum tuum in bonum: \* non calumnièntur me superbi.

**O**culi mei defecerunt in salutare tuum: \* & in eloquium justitiæ tuæ.

**F**ac cum servo tuo secundum misericordiam tuam: \* & justificationes tuas doce me.

**S**ervus tuus sum ego: \* da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

**T**empus faciendi Domine: \* dissipaverunt legem tuam.

**I**deò dilexi mandata tua, \* super aurum, & topazion.

**P**ro-



**P**ropterea ad omnia mandata tua dirigebam : \* omnem viam iniquam odio habui.

**Añã:** Archangele Michael., &c. ut in pag. 34.

**Capit.** Apoc. 5.

**A**udivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, voce magna dicentium: Salus Deo nostro.

**R. brev.** Ascendit fumus aromatum, \* In conspectu Domini. **A**scendit. **ψ.** De manu Angeli.

**I**n conspectu Domini.

**G**loria. **A**scendit. **ψ.** In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

**R.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

**Oratio:** Deus, qui miro ordine, &c. ut in pag. 41.

AD NONAM.

Hymnus.

**R**erum Deus tenax vigor,

Immotus in te permanens,

Lucis diurnæ tempora  
Successibus determinas:

**L**argire lumen vespere,  
Quo vita nusquam decidat,

Sed præmium mortis sacræ

Perennis instet gloria.

**P**ræsta, Pater piissime,  
Patrisque compar Unice,  
Cum Spiritu Paráclito  
Regnans per omne sæculum. Amen.

**Añã:** Angeli, Archangeli.

Psalmus.

**M**irabilia testimonia tua : \* ideò scrutata est ea anima mea.

**D**eclaratio sermonum tuorum

tuorum illúminat : \* & intelléctum dat parvulis.

**O**s meum apéruí, & atráxi spíritum : \* quia mandáta tua desiderábam.

**A**spice in me , & misere-rère mei , \* secúndum judícium diligéntium no-men tuum.

**G**ressus meos dirige se-cúndum eloquium tuú : \* & non dominêtur mei ómnis injustítia.

**R**édime me à calúmniis hóminum : \* ut custó-diam mandáta tua.

**F**áciem tuam illúmína super servum tuum : \* & doce me justificatió-nes tuas.

**E**xitus aquárum dedu-xérunt oculi mei : \* quia non custodiérunt legem tuam.

**J**ustus es Dómine : \* & rectum judícium tuum.

**M**andásti justítiam te-stimonia tua : \* & ve-

ritâtem tuam nimis.

**T**abéscere me fecit ze-lus meus , \* quia oblíti sunt verba tua inimici mei.

**I**gnítum elóquium tuú vehementer , \* & servus tuus diléxit illud.

**A**dolescéntulus sū ego, & contéptus : \* justi-ficatiónes tuas non sum oblítus.

**J**ustítia tua , justítia in ætérnum : \* & lex tua véritas.

**T**ribulátio , & angustia invenêrunt me : \* man-dáta tua meditátio mea est.

**Æ**quitas testimonia tua in ætérnum : \* intellé-ctum da mihi , & vivam.

**C**Lamávi in toto corde meo, exáudi me Dómine : \* justifica-tiones tuas requíram.

**C**lamávi ad te , salvum me fac : \* ut custodiam mandáta tua.

**P**ræ-

**S. Michaelis Archangeli.**

55

**P**ræveni in maturitate,  
& clamavi : \* quia in  
verba tua supersperavi.

**P**rævenérunt oculi mei  
ad te dilúculò : \* ut me-  
ditârer elóquia tua.

**V**ocem meam audi se-  
cúndum misericórdiam  
tuam Dómine : \* & se-  
cúndum iudícium tuum  
vivífica me.

**A**ppropinquavérunt per-  
sequentes me iniquita-  
ti : \* à lege autem tua  
longè facti sunt.

**P**ropè es tu Dómine : \*  
& omnes viæ tuę véritas.

**I**nitio cognóvi de testi-  
móniis tuis : \* quia in  
æternum fundásti ea.

**V**ide humilitatem meã,  
& éripe me : \* quia le-  
gem tuam non sum oblî-  
tus.

**J**údica iudícium meum,  
& rédime me : \* propter  
elóquium tuum vivífica  
me.

**L**ongè à peccatóribus

salus : \* quia justifica-  
tiones tuas non exqui-  
siérunt.

**M**isericórdiæ tuæ multæ  
Dómine : \* secúndum  
iudícium tuum vivífica  
me.

**M**ulti qui persequúntur  
me , & tríbulant me : \*  
a testimoniis tuis nò de-  
clinávi.

**V**idi prævaricantes , &  
tabescébam : \* quia eló-  
quia tua non custodié-  
runt.

**V**ide quóniam mandâta  
tua diléxi Dómine : \* in  
misericórdia tua vivífica  
me.

**P**rincipium verbórum  
tuórum véritas : \* in æ-  
ternum omnia iudícia ju-  
stitiæ tuæ.

**P**rincipes persecúti  
sunt me gratis : \*  
& á verbis tuis formidá-  
vit cor meum.

**L**ætabor ego super eló-  
quia tua : \* sicut qui in-  
h vé-

venit spolia multa.

**I**niquitatem odio habui,  
& abominatus sum: \* le-  
gem autem tuam dilexi.

**S**epties in die laudem  
dixi tibi, \* super judi-  
cia justitiae tuae.

**P**ax multa diligentibus  
legem tuam: \* & non  
est illis scandalum.

**E**xpectabam salutare tuum  
Domine: \* & mandata  
tua dilexi.

**C**ustodivit anima mea  
testimonia tua: \* & di-  
lexit ea vehementer.

**S**ervavi mandata tua, &  
testimonia tua: \* quia  
omnes viae meae in con-  
spectu tuo.

**A**ppropinquet deprecatio  
mea in conspectu tuo  
Domine: \* juxta elo-  
quium tuum da mihi in-  
tellectum.

**I**ntret postulatio mea in  
conspectu tuo: \* secun-  
dum eloquium tuum eri-  
pe me.

**E**ructabunt labia mea  
hymnum, \* cum docueris  
me justificationes tuas.

**P**ronuntiabit lingua mea  
eloquium tuum: \* quia  
omnia mandata tua a-  
quitas.

**F**iat manus tua, ut sal-  
vet me: \* quoniam  
mandata tua elegi.

**C**oncupivi salutare tuum  
Domine: \* & lex tua  
meditatio mea est.

**V**ivet anima mea, &  
laudabit te: \* & judicia  
tua adjuvabunt me.

**E**rravi, sicut ovis quae  
periiit: \* quare servum  
tuum, quia mandata tua  
non sum oblitus.

**Añã:** Angeli, Archán-  
geli, &c. pag. 37.

**Capit.** Apoc. 2.b.

**F**actum est praelium  
magnum in caelo:  
Michaël, & Angeli ejus  
praeliabantur cum dracó-  
ne, & dráco pugnabat,  
& angeli ejus: & non  
præ-

prævaluérunt, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo.

**R. brev.** In conspéctu Angelórum, \* Psallam tibi Deus meus. **In conspéctu.** **ψ.** Adorábo ad templum sanctum tuum, & cōfitebor nomini tuo. **Psallam.** **Gloria Patri.** **In conspéctu.** **ψ.** Adorate Deum. **R.** Omnes Angeli ejus.

**Oratio:** Deus, qui miro, &c. pag. 41.

**IN II. VESPERIS.**

**Omnia ut in primis; sed loco ultimi Psalmi.**

**Psalmus 137.**

**C**onfitebor tibi Dómine in toto corde meo: \* quóniam audísti verba oris mei.

**In conspéctu Angelórum psallam tibi: \* adorábo ad templum sanctum**

tuum, & confitebor nomini tuo.

**S**uper misericórdia tua, & veritate tua: \* quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

**I**n quacumque die invocávero te, exaudi me: \* multiplicábis in anima mea virtutem.

**C**onfiteantur tibi Dómine omnes reges terræ: \* quia audierunt omnia verba oris tui.

**E**t cāntent in viis Dñi: \* quóniam magna est gloria Dómini.

**Q**uóniam excelsus Dóminus, & humília respicit: \* & alta à longè cognoscit.

**S**i ambulavèro in medio tribulatiónis, vivificabis me: \* & super iram inimicórum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

**D**óminus retribuet pro me: \* Dómine misericórdia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Capit.** Significávit, &c.

**Hymn.** Te splendor, &c. pag. 5.

**Ps.** In conspectu Angelórum psallam tibi Deus meus. **R.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & cónfitebor nomini tuo.

**Ad Magnif. Aña:**

Príncipe gloriosissime, Michaël Archángele, esto memor nostri: hic, & ubique semper precáre pro nobis Fílium Dei, allelúia, allelúia.

**Oratio:** Deus, qui miro ordine, &c. pag. 41.

**Commemor. S. Hieron.**

**Aña:** O Doctor optime, Ecclesiæ sancte lumen beate Hieronyme, divinæ legis amátor, de-

precáre pro nobis Fílium Dei.

**Ps.** Amavit eum Dóminus, & ornávit eum.

**R.** Stolum gloriæ induit eum.

**Oratio.**

**D**eus, qui Ecclesiæ tuæ in exponendis sacris Scripturis beatum Hieronymum confessorum tuum, Doctorem máximum providére dignatus es: præsta quæsumus, ut ejus suffragantibus méritis, quod ore simul & opere dócuit, te adjuvante exercére valeamus. Per Dóminum.

**Dieb. 30. Sept. 1. & 2. Octob. ut in ord. Div. Off. huj. Dicec. cum com. oct. in Laud. Miss. & 2. Vesp. etiam omnib. dieb. huj. oct.**

**Dom. infra oct. fit etiã, ut in ordin. Div. Offic. cum com. oct. omiss. 3. orat. in Miss.**

**DIE**

DIE III. OCTOB.

V. infraoct.

Lect. 1. N. de Script.

RR. verò de Fest.

IN II. NOCT.

De Serm. S. Greg. Papæ.

Lectio iv.

**E**T sunt nonnulli, qui accéptis virtûtibus etiam electórum hominum merita transcéndunt, cumque, & bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principantur: quo ergo isti sorté suã, nisi inter principatum numeros accipiunt? Et sunt nonnulli, qui sic in semetipsis cunctis vitiis, omnibusque desideriiis dominantur, ut ipso jure munditiæ, dii inter homines vocéntur, unde & ad Moysen dicitur: Ecce constitui te Deum

Pharaonis; quo ergo isti, nisi inter numeros Dominationum currunt?

R. Hic es Michaël, &c.

pag. 23.

Lectio v.

**E**T sunt nonnulli, qui dum sibimetipsis vigilantia cura dominantur, dúmque se sóllicita intentione discutunt, divino timóri semper inhærentes, hoc in múnere virtutis accipiunt, ut judicare rectè, & alios possint; quid ergo isti, nisi Thróni sui conditóriis sunt? vel quo nisi ad supernarum sedium numeros adscribuntur? Per quos, dum Sancta Ecclesia régitur, plerúmque de quibusdam suis infirmis actibus etiã electi judicántur: & sunt nonnulli, qui tanta Dei, ac próximi dilectióne pleni sunt, ut Chérubim jure nominentur: quia enim

enim Chérubim plenitúdo scientiæ dicitur, & Paulo dicente didicimus, quia plenitúdo legis est charitas, omnes, qui Dei & proximi charitate cæteris amplius pleni sunt, meritórum suorum sortem inter Chérubim números perceperunt.

*R.* Vénit Michaël, &c.  
pag. 24.

*Lectio vi.*

**E**T sunt nonnulli, qui supérnæ contemplationis facibus accénsi, in solo conditoris sui desiderio anhelant, nihil jam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore pascuntur, terrena quæque abjiciunt cuncta temporalia mente transcendunt, amant, & ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt, amando ardent, loquendo, & alios accéndunt: quos verbo tangunt ar-

dere prótinus in Dei amore faciunt; quid ergo istos nisi Séraphim dixerim, quórum cor in igne conversum lucet, & urit? quia & mentiú oculos ad superna illuminát, & eos compungendo in fletibus vitiórum rubigine purgant.

*R.* In tempore illo, &c.  
pag. 25.

IN III. NOCT.

*Lectio Sancti Evangelii secundum Mattheum.*

*Lectio vii.*

**I**N illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas major est in Regno cœlorum? Et reliqua.

*Hom. S. Ambrosii Episc.*

*Serm. 20. tom. 5.*

**S**I diligenter audistis Evangelicam lectionem, intelligere potestis, quæ Ministris, ac Sacerdo-



dotibus Dei reverentia  
debeatur : vel qua ipsos  
Clericos invicem humi-  
litas sedulitate oportet  
prævenire. Ait enim  
Dóminus percunctantibus  
discipulis , quis eorum  
in Regno cælorum major  
esset futurus, statuto  
coram puerulo: quicumque  
humiliaverit se, sicut  
puer iste , hic major  
erit in Regno cælorum.  
Unde intelligimus, quod  
humilitate pervenitur  
ad regnum: simplicitate  
penetratur ad cælum ;  
quisquis ergo cupit  
divinitatis tenere fastigia,  
humilitatis imasequatur.

*R.* In conspectu gentium,  
&c. pag. 30.

*Lectio VIII.*

**Q**uod autem ait Evangelica  
lectio; qui scandaliza-  
verit unum de pusillis istis,  
& cætera : pusillos

hic non ætate pueros, sed  
malitia parvulos dicit.  
Sicut Apostolus ait: Malitia,  
parvuli estote ; ut sensibus  
perfecti sitis, qui sunt isti,  
nisi Clerici idonei, & Monachi  
Religiosi , vel Laici ? quisquis  
igitur his irréverens, aut  
contumeliosus extiterit,  
hac velut pœna plectetur,  
ut informi saxo religato  
illi ad collum, precipitetur  
in mare. Sed videamus,  
cur scandalizantibus  
Christianis ista pœna data  
sit ; aut quid sibi vellit  
ipsa sententia: putò enim  
illam aliquod mysterium  
continere.

*R.* Michaël Archangelus,  
&c. pag. 31.

*Lectio IX.*

**Q**uasi verò non sufficeret  
in mare homini demergendo  
saxum quaecumque non  
magnum, aut enorme, sed  
molè asinaria

riæ lapis ei religétur ad collum, ut cum perituro homine, péreat res usui necessaria: sed putò hoc magis esse, quod in Scripturis ásini figúra populus gentílium nuncupatur: qui cláuis oculis circa ignorántiæ molam erroris sui gyro pertráhitur: & in illa cursus directiõne vestigiis sæpè redeuntibus invítus úsui labórat aliéno. Hic ergo gentilis pópulus cū persecutiõnem Christiano intulerit, hac pœna plectitur, ut cum sua sacrilega mola judicandi sæculi flúctibus demergatur. *Te Deum.*

DIE IV. OCTOB.

VI. Infraoct.

*Fit de S. Francisco de Assis dup. cum commem. huj. octav.*

DIE V. OCTOB.

VII. Infraoct.

*In I. N. lect. de Script. RR. de die Fest.*

IN II. NOCT.

*De Serm. S. Greg. Papæ.*

*Lectio IV.*

**F**ertur verò Dionysius Areopagita, antiquus, videlicet, & venerabilis Pater dicere, quod ex minorum Angelorum agminibus foras ad expléndum ministerium, vel visibiliter, vel invisibiliter mittuntur, scilicet, quia ad humana solátia, aut Angeli, aut Archangeli veniunt; nam superiora illa ágmina ab íntimis nūquam recédunt, quoniam ea, quæ præeminét, usum exterioris ministerii nequaquam habent.

Huic

Huic autem sensui, & illud creditur non convenienter opitulári, quod per Danielelem dicitur: Millia millium ministrábant ei, & decies millia centéna millia assiste-  
bant ei.

*R.* Hic est Michaël, &c.  
pag. 23.

*Lectio v.*

**A**liud namque est ministrare, aliud assistere: quia hi administrant Deo, qui ad nos nuntiando exeunt; assistunt vero, qui sic contemplatione íntima perfruuntur, ut ad explenda foras ópera minimè mittantur. Sed hoc quoque de ipsis agminibus quæ mittuntur, certum tenémus: quia cùm ad nos veniunt, sic exterius implent ministérium, ut tamen numquam désint interius per contemplationem. Et mittuntur

igitur, & assistunt: quia etsi circumscriptus est angelicus spíritus, summus tamen spíritus ipse, qui Deus est, circumscriptus non est. Angeli itaque, & missi, & ante ipsum sunt: quia quolibet missi véniant, intra ipsum currunt.

*R.* Vénit Michaël, &c.  
pag. 24.

*Lectio vi.*

**S**ciédum quoque est, quia plerúmque ipsi Beatórum Spírituum ordines vicinórum sibi ordinum vocábula sortiuntur. Sed idcirco uno eodemque vocábulo cõmuniter non censétur, ut ille ordo vocári privato uniuscujusque rei nomine debeat, qui hanc in múnere plénius accépit. Séraphim namque incendium diximus, & tamen amore conditóris simul omnes ardent. Chéru-  
i bim

bim verò , plenitudinem scientiæ dicimus , & tamen quis ibi aliquid nesciat , ubi ipsum omnes simul fontem scientiæ Deum vident ? Quæ ergo ex parte ab omnibus habentur , ejus in privato nomine data sunt , qui hæc in munere pleniùs acceperunt.

**R.** In tempore illo , &c. pag. 25.

IN III. NOCT.

**Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.**

**Lectio VII.**

**I**N illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes : Quis putas major est in Regno cælorum ? Et reliqua.

**Homil. S. Bernardi Abb.**

**Ser. 2. in fest. S. Mich.**

**A**udistis , fratres , evangelicam le-

ctionem adversus eos , qui pusillos scandalizant , satis terribiliter intonantem. Nèmini blanditur veritas : neminem palpat , nullum seducit , aperte denuntians : quoniam vix homini illi , per quem scandalum venit. Perire siquidem necesse est hominem , qui charitatem non habet , etiam si tradiderit corpus suum , ita ut ardeat. Et hoc dixerim , fratres , ut in ea charitate , & unanimitate , & pace , in qua statis in Domino , solliciti sitis perseverare , & abundare magis. Quæ est enim spes nostra , & gaudium nostrum , & corona gloriæ ? Nonne unitas , & unanimitas vestra ?

**R.** In conspectu gentium , &c. pag. 30.

**Lectio VIII.**

**I**N hoc enim cognoscunt omnes , etiam An-

Angeli sancti, quod Christi estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem; numquid enim Christi gratia diligemur ab Angelis, si de mutuae dilectionis inopia cognoverint, nequaquam ejus nos esse discipulos? Numquid diligemur ab eis propter nos ipsos, id est, spiritalis naturae similitudine, si invenimur non diligere humanae naturae nostrae consortes? Denique numquid Angeli diligunt nos propter se ipsos, & futuram de nobis civitatis suae restaurationem, si [quod absit] unum quo solo uniri, & coedificari eis possumus, defuerit glutinum charitatis?

**R.** Michaël Archangelus, &c. pag. 31.

**ix. Lectio de S. Placido, & Soc.**

**DIE VI. OCTOB.**

Octava.

**In I. N. Lect. de Script. & R. de die Fest.**

**IN II. NOCT.**

**Serm. S. Bernardi Abbat.**

*Serm. I. in Fest. S. Mich.*

**Lectio IV.**

**A**ngelorum hodie memoria celebratur, & exigistis debitum pro tanta solemnitate sermonem. Credimus sane, & indubitata fide tenemus, divina eos praesentia, & visione beatos sine fine latari in bonis Domini: attamen, si multum est ad nos loqui de ea charitate, & gloria, qua in semetipsis, imò in Deo suo Angeli sancti nostris omninò supereminet cor-

dibus : de ea loquamur, quam nobis exhibent, gratia, & charitate : neque id cuiquam incredibile videatur, quandoquidē ipse quoque creator, & rex Angelorum venit, non ministrari, sed ministrare, & animam suam dare pro multis.

*R.* Hic est Michaël, &c.  
pag. 23.

*Lectio v.*

**H**Ujus itaque tanti ministri gratia nihil mirum, si dignanter nobis, imò & libenter, Angeli sancti ministrent: ipsi enim amant nos, quia nos Christus amavit, & hæc dixerim fratres, ut ampliorem erga beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra eorum invocetis auxilia: sed & dignius in eorum præsentia con-

versari: & magis, ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare benevolentiam, exorare clementiam studeatis.

*R.* Venit Michaël, &c.  
pag. 24.

*Lectio vi.*

**C**AVENDA nobis eorum offensa, & in his maximè exercendum, quibus eos novimus oblectari: sunt enim plurima, quæ eis placent, & quæ in nobis invenire delectat, ut est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, crebri in cælum gemitus, & orationes cum lacrymis, & cordis intentione: Attamen super omnia hæc unitatem, & pacem à nobis exigunt Angeli pacis. Quid ni maximè delectentur in his, quæ formam quãdam civitatis suæ repræsentant in nobis, ut mirentur Jerusa-

sa-

salem novam in terra.

*R.* In tempore illo, &c.  
pag. 25.

IN III. NOCT.

*Lectio sancti Evangelii  
secundum Mattheum.*

*Lectio VII.*

**I**N illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in Regno caelorum? Et reliqua.

*Hom. S. Joann. Chrisost.*

*Ex Hom. 60. in Matt.*

**V**Idete, ne contemnatis unum de parvulis istis. Parvulos hic non aetate, sed multorum aestimatione appellavit: Pauperes, inquam, ignotos, ceterosque hujusmodi, quos multi contemnunt, qui re vera parvuli non sunt, cum Creatoris omnium amici sint, quos ipse multo

magis venerabiliores facit dicens: Quia Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in caelis est.

*R.* In conspectu gentium, &c. pag. 30.

*Lectio VIII.*

**H**inc manifestum est, quia omnes Sancti Angelos habent. Apostolus etiam ait de muliere; quoniam velamen debeat habere in capite propter Angelos: & Moyses, statuit fines, inquit, gentium secundum numerum Angelorum Dei. Hic vero non de Angelis simpliciter dicitur, sed de Angelis excellentibus atque supremis. Nihil enim aliud designatur, cum faciem, dicit, Patris mei aspiciunt, quam summa fiducia eorum, & honor praecipuus.

*R.* Michael Archangelus, &c. pag. 31.

*Le.*

## Lectio ix.

**V**ides, quot, quibusque rationibus ad modéstiam, & ad curam tenuiórum frátrum nos revocat. Infantem in medio statuit, & dixit: Efficiámini sicut parvuli, & quicumque talem suscepit párvulum, me suscipit: Et quicumque

hunc scandalizáverit, extrema luet supplicia: & scandalizántes homines, etiam si loco manuum, atque oculórum nobis essent, abscíndere júsit; Angelórum quoque auctoritate, qui hos ténués frátres tutantur, ut eos venerémur impéllit.

Te Deum.



## DIE VIII. MAII.

## IN APPARITIONE

## S. MICHAELIS ARCHANGELI,

dup. i. c. cum octav.

Officium de die Dedic. pag. 1. sub Rubr. de temp. Pasch. In 1. vesp. nulla fit com. Ad Matut. lect. 1. N. de die Dedic. In 2. & 3. N. prop. ut infra.

IN II. NOCT.

## Lectio iv.

**B**Eatum Michaëlem Archángelum sapiús hominibus apparuisse, & sacrórum librórum



rum auctoritate, & veteri sanctorum traditione comprobatur. Quamobrem multis in locis facti memoria celebratur. Eum ut olim synagoga Judæorum, sic nunc custodem & patronum, Dei veneratur Ecclesia. Gelasio autem primo Pontifice máximo, in Apulia in vertice Gargani montis, ad cujus radices incolunt Sipontini, Archangeli Michaëlis fuit illustris apparitio.

**R.** Hic est Michaël, &c.  
pag. 23.

**Lectio v.**

**F** Actum est enim, ut ex grégibus armatorum Gargani cujusdam taurus longè discederet: quem diú conquistum, in aditu speluncæ hærentem invenérunt. Cum verò quidam ex illis, ut taurum configéret, sagittam emisisset,

retorta sagitta in ipsum recidit sagittarium. Quæ res cum præsentibus, ac deinceps cæteros tanto timóre affecisset, ut ad eam speluncam proprius accedere nemo aude-  
ret; Sipontini Episcopum cónsulunt: qui indicto trium dierum jejúnio & oratione, rem à Deo respondit quæri oportere.

**R.** Vénit Michaël, &c.

pag. 24.

**Lectio vi.**

**P** Ost triduum Michaël Archangelus Episcopum monet, in sua tutela esse eum locum, eoque indicio demonstrasse velle ibi cultum Deo in sui, & Angelórum memoriam adhibé-  
ri. Quare Episcopus unà cum civibus ad eam speluncam ire pérgit. Quam cùm in templi cujusdam similitudinem conformá-  
tam vidissent, locum il-  
lum

lum divinis officiis celebrare cœperunt: qui multis postea miraculis illustratus est. Nec ita multo post Bonifacius Papa Romæ in summo Circo Sancti Michaëlis Ecclesiam dedicavit, tertio Kalendas Octobris: quo die etiam omnium Angelorum memoriam Ecclesia celebrat. Hodiernus autem dies, Archangeli Michaëlis apparitione consecratus est.

*R.* In tempore illo, &c.  
pag. 25.

IN III. NOCT.

*Lectio sancti Evangelii  
secundum Mattheum.*

*Lectio vii. Cap. 18.*

**I**N illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in Regno cœlorum? Et reliqua.

*Homil. S. Hilarii Episc.*

*Comment. in Matth.*

*Can. 18.*

**N**on nisi revêrsos in naturam puerorum introire regnum cœlorum Dôminus docet: id est, per simplicitatem puerilem vitia cœporum nostrorum, animæque revocanda. Pueros autem, credentes omnes per audientiæ fidem nuncupavit. Hi enim patrem sequuntur, matrem amant, próximo velle malum nesciunt, curam opum negligunt: non insolescunt, nõ odèrunt, non mentiuntur, dictis credunt, & quod audiunt, verum habent. Revertendum igitur est ad simplicitatem infantium: quia in ea collocati, speciem humilitatis Dominicæ circûferemus.

*R.*

**S. Michaelis Archangeli.**

71

**R.** In conspéctu gentiú,  
&c. pag. 30.

**Lectio viii.**

**V**Æ huic mundo ab scandalis. Humilitas passionis scandalum mundo est. In hoc enim maximè ignorantia detinetur humana, quod sub deformitate crucis, æternæ gloriæ Dóminum noluit accipere. Et quid mundo tam periculosum, quam non recepisse Christum? Ideò verò necesse esse, ait, venire scándala: quia ad sacraméntum redéndæ nobis æternitatis, omnis in eo passionis humilitas esset explenda.

**R.** Michaël Archangelus, &c. pag. 31.

**Lectio ix.**

**V**Idéte ne contemnatis unum de pusillis istis, qui credunt in me. Aptissimum vinculum mutui amoris im-

posuit, ad eos præcipuè, qui verè in Dómino credidissent. Pusillórum enim Angeli quotidie Deum vident: quia Filius hominis venit salvare, quæ perditæ sunt. Ergo & Filius hominis salvat, & Deum Angeli vident, & Angeli pusillórum præsent fidélium orationibus. Præesse Angelos absoluta auctoritas est. Salvatórum igitur per Christum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculosè ille contemnitur, cujus desideria, ac postulatiónes ad ætérnum, & invisibilem Deum ambitioso Angelórum famulátu ac ministério pervehuntur.

**T**e Deum.

**In 2. vesp. fit com. S. Gregor. Naz. Ep. & Conf.**

**Pro Dom. infra oct. servent. quæ in pag. 58.**

**k**

**Dieb.**

Dieb. 9. & 10. ut in  
ord. Div. Off. cum com.  
oct. quæ etiam fit illius  
omnib. dieb.

**DIE XI. MAII.**

IV. infraoct.

**Lect. I. N. de Script.**

**IN II. NOCT.**

**De Serm. S. Greg. Papæ.**

**Ex Hom. 34. in Ev.**

**Lectio iv.**

**Q**uia Angelorum  
nómina interpre-  
tando perstrínxi-  
mus, súperest, ut ipsa  
officiorum vocabula bre-  
viter exequámur. Vir-  
tutes etenim vocantur  
illi nimirum spíritus, per  
quos signa & miracula,  
frequentiùs fiunt. Pote-  
states etiam vocantur  
hi, qui hoc poténtiùs  
cæteris in suo ordine  
perceperunt, ut eorum

ditioni virtutes adversæ  
subjectæ sint, quórum  
potestate refranantur, ne  
corda hóminum tantum  
tentare prævaleant, quan-  
tum volunt.

**R.** Hic est Michaël, &c.  
pag. 23.

**Lectio v.**

**P**incipatus etiã vo-  
cántur, qui ipsis  
quoque bonis Angeló-  
rum spíritibus præsent,  
qui subjectis aliis, dum  
quæque sunt agénda dis-  
ponunt, eis ad explénda  
divina ministéria prin-  
cipantur. Dominatiónes  
autem vocantur, qui  
etiam Potestates Princi-  
patuum dissimilitudine  
alta transcéndunt, nam  
principari est, inter re-  
liquos priorem existere,  
dominari verò est, etiam  
subjéctos quósque pos-  
sidere. Throni quoque  
illa ágmina sunt voca-  
ta, quibus ad exercén-  
da

**S. Michaelis Archangeli.**

73

da iudicia semper Deus  
Omnipotens præsidet:  
unde & per Psalmistam  
dicitur: Sedes super thronum,  
qui iudicas æquitate.

**R.** Venit Michaël, &c.  
pag. 24.

**Lectio vi.**

**C** Hérubim quoque  
plenitudo scientiæ  
dicitur, & sublimiora  
illa ágmina idcirco Ché-  
rubim vocata sunt; quia  
tanto perfectiori scien-  
tia plena sunt, quanto  
claritatem Dei vicinius  
contemplantur. Séraphim  
etiam vocantur illa spi-  
rituum Sanctórum ágmi-  
na, quæ ex singuláris  
propinquitate conditó-  
ris sui incomparabili ár-  
dent amore. Séraphim  
namque, ardentes, vel  
incendentes vocantur,  
quorum profectò flam-  
ma, amor est, quia quo

\*\*\*

subtiliùs claritatem di-  
vinitatis ejus aspiciunt,  
eo validiùs in ejus amo-  
re flaméscunt.

**R.** In tempore illo, p. 25.  
In 3. N. Lect. ut in  
die Dedic. Post invén-  
tum statérem, pag. 29.

Dieb. 12. & 13. Maii,  
ut in ord. Div. Off.


**DIE XIV. MAII.**

Si de VII. die Infra-  
oct. fieri occur. In 1. N.  
lect. de Scrip. Lect. 2. N.  
Fertur verò, ut in 7. die  
infraoct. Dedic. pag. 62.  
Lect. 3. N. 7. & 8. Audi-  
stis fratres, ut in eadem  
die 7. **R.R.** de Fest. 9.  
verò lect. [ex duab.] **S.**  
Bonifacii Mart. cujus fit  
com. in Laud.

**IN OCT. APPAR.**

Lect. 1. N. de Script.  
2. & 3. N. cum omn. **R.R.**  
de die oct. Dedic.

S u-

74  
**S**upradictum Officium cum Octava pro Festo  
Apparitionis, & Dedicacionis **S. MICHAELIS ARCHANGELI**, de mandato Sacrae Rituum Congregationis revisum, & emendatum primum ab Illustriss. & Reverendiss. bo. me. Silvio Cardin. Antoniano, deinde etiam subscriptum ab Illustriss. & Reverendiss. D. Card. Baronio, & ab eadem Sacra Rituum Congreg. approbatum, tam pro usu Ecclesiae Collegiatae S. Angeli in monte Gargano, quam etiam pro usu aliarum quarumcumque Ecclesiarum dicto **B. MICHAELI ARCHANGELO** dedicatarum, in quibus Officium cum Octava celebrari solitum sit, tam in Urbe, quam extra, eadem Sacra Rituum Congregatio approbavit, & ut imprimi possit, & in eisdem Ecclesiis liberè, & licitè recitari, licentiam dedit, & concessit, die X. Januarii 1604. = Ptolom. Episc. Ostien. Card. Comensis. = Loco  Sigilli. = I. P. Mucantius pro Secret. Congregat. = Imprimatur, si placet R. P. M. S. P. = B. Gypsius Vicesgerens. = Imprimatur. = F. Jo. Maria Brasichell. M. S. P. Apostol. = Imprimatur. = Garcès Vicarius Generalis.

Reimprimatur:  
**Dr. Almarza V.G.**

**DIE**



DIE IX. OCTOBRIS.

S. DIONYSII EPISC. ET MART.

dup. i. c. cum octav.

AD VESPERAS.

**Añā:** Qui me confessus,  
cum reliq. de Laud.

**Psal.** Dixit Dominus,  
cum reliq. ut sup. pag. i.

**Capit.** Jacob. i. b.

**B**Eatus vir, qui súf-  
fert tentationem:  
quóniam cum probatus  
fuerit, accípiet coro-  
nam vitæ, quam repro-  
missit Deus díligenti-  
bus se.

**Hymnus.**

**D**Eus tuórum míli-  
tum

Sors, & coróna præ-  
mium,

Laudes canéntes Marty-  
ris

Absolve nexu críminis.

**H**ic nempè mundi gáu-  
dia,

Et blanda fráudum pá-  
bula,

Imbúta felle députans,  
Pervénit ad cœléstia.

**P**œnas cucúrrit fórtiter,  
Et sústulit viríliter,

Fundensque pro te san-  
guinem,

Ætérna dona póssidet.

**O**b hoc precátu súp-  
plici,

Te póscimus piíssime;

In hoc triúpho Mártyris  
Dimítte nóxam sérvulis.

**L**aus & perénnis glória  
Patri sit atque Fílio,

Sancto simul Paráclito,

In sempitérna sæcula.

Amen.

**V.** Glória & honóre coronásti eum Dómine.

**R.** Et constituísti eum super ópera manuum tuarum.

**Ad Magnif. Aña:**

Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mórtem, & à verbis impíorum non tímuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

**Oratio.**

**D**Eus, qui hodiérna die Beatum Dionysium Martyrem tuum, atque Pontificem, virtúte constántiæ in passione roborásti: tribue nobis quæsumus ex ejus imitatione, pro amore tuo próspere mundi despícere, & nulla ejus advérsa formidare. Per Dóminum nostrum.

**AD MATUTINUM.**

**Invit.** Regem Mártyrum Dóminum: \* Ve-

níte adorémus. **Repetit.** Régem Mártyrum, &c.

**Psal. 94.** Veníte exultémus, &c. pag. 13.

**Hymnus:** Deus tuorum militum, ut sup. in vesp.

**IN I. NOCT.**

**Aña:** In lege Dómini fuit voluntas ejus die ac nocte.

**Psalm. 1.**

**B**Eátus vir, qui non ábiit in consilio impiórum, & in via peccatórum non stétit, \* & in cáthedra pestilentiae non sedit.

**S**ed in lege Dómini voluntas ejus, \* & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

**E**t erit tamquam lígnum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, \* quod frúctum suum dabit in témpore suo.

**E t**



**E**t fólium ejus non defluet : \* & ómnia quæcúmque fáciat, prosperabúntur.

**N**on sic ímpii, non sic : \* sed tamquam pulvis, quæ projícit ventus à fácie terræ.

**I**deò non resúrgerit ímpii in iudício : \* neque peccatóres in concílio justórum.

**Q**uóniam novit Dóminus viam justórum : \* & iter impiórum peribit.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã** : In lege Dómini fuit volúntas ejus die ac nocte.

**Añã** : Prædicans præceptum Dómini, constitútus est in monte sancto ejus.

**Psalm. 2.**

**Q**uare fremuérunt géntes , \* & pópuli meditáti sunt inánia ?

**A**stiterunt Reges terræ,

& príncipes convenérunt in unum : \* advérsus Dóminum, & advérsus Christum ejus.

**D**irumpámus víncula eórum : \* & projiciámus à nobis jugum ipsórum.

**Q**ui hábitat in cœlis irridébit eos : \* & Dóminus subsanâbit eos.

**T**unc loquétur ad eos in ira sua , \* & in furóre suo conturbâbit eos.

**E**go autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus , \* prædicans præceptum ejus.

**D**óminus dixit ad me : \* filius meus es tu , ego hodie genui te.

**P**óstula à me , & dabo tibi Gentes hereditâtem tuam : \* & possessiônem tuam términos terræ.

**R**eges eos in virga fèrrea , \* & tamquam vas figuli confrínges eos.

**E**t nunc Reges intelli-

gite: \* erudimini qui iudicatis terram.

**S**ervite Dómino in timóre: \* & exultate ei cum tremóre.

**A**pprehendite disciplinam, nequándo irascatur Dóminus, \* & pereatis de via justa.

**C**ùm exarserit in brevi ira ejus: \* beati omnes qui confidunt in eo.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã**: Prædicans præceptum Dómini, constitutus est in monte sancto ejus.

**Añã**: Voce mea ad Dóminum clamavi: & exaudivit me de monte sancto suo.

**Psalm. 3.**

**D**omine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? \* multi insurgunt adversum me.

**M**ulti dicunt animæ meæ: \* non est salus ipsi in Deo ejus.

**T**u autem Dómine susceptor meus es, \* glória mea, & exaltans caput meum.

**V**oce mea ad Dóminum clamavi: \* & exaudivit me de monte sancto suo.

**E**go dormivi, & soporatus sum: \* & exurrexi, quia Dóminus suscepit me.

**N**on timébo millia populi circumdantis me: \* exurge Dómine, salvum me fac Deus meus.

**Q**uóniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: \* dentes peccatorum contrivisti.

**D**ómini est salus: \* & super pópulum tuum benedictio tua.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã**: Voce mea ad Dóminum clamavi: & exaudivit me de monte sancto suo.

**V.** Glória, & honóre coronasti eum Dómine.

**R.**

**R.** Et constituisti eum  
super ópera mánuum  
tuárum. **P**ater noster.  
**Absol.** Exáudi Dómine.  
**Ps.** Jube domne. **Bened.**  
Benedictiône perpétua.

**De Actibus Apostolor.**

**Lectio i. Cap. 17.**

**S**Tans autem Paulus  
in medio Areopa-  
gi, ait: Viri Atheniën-  
ses, per ómnia quasi su-  
perstitiósiores vos ví-  
deo. Prateriens enim, &  
videns simulacra vestra,  
invéni & áram, in qua  
scriptum erat: Ignóto  
Deo. Quod ergo igno-  
rantes colitis, hoc ego  
annúntio vobis. Deus,  
qui fécit mundum, &  
ómnia, quæ in eo sunt,  
hic cæli, & terræ, cùm  
sit Dóminus, non in ma-  
nufactis templis hábitat,  
nec manibus humanis co-  
litur, indigēs aliquo, cùm  
ipse det ómnibus vitam,

& inspiratióne, & óm-  
nia: fécitque ex uno óm-  
ne genus hóminum in-  
habitare super univér-  
sam fáciem terræ, defi-  
niens statúta tempora,  
& terminos habitationis  
eorum, quærere Deum,  
si fortè attrectent eum,  
aut invéniant, quamvis  
non longè sit ab uno-  
quoque nostrum.

**R.** Iste sanctus pro lege  
Dei sui certávit usque  
ad mórtem, & à verbis  
impíorum non tímuit: \*  
Fundátus enim erat su-  
pra firmam petram.

**Ps.** Iste est qui contemp-  
sit vitam mundi, & per-  
vénit ad cœlestia regna.

**F**undátus. **Bened.** Uni-  
genitus.

**Lectio ii.**

**I**N ipso enim vívimus,  
& movémur, & su-  
mus: sicut & quidam ve-  
strórum poëtarum dixé-  
runt: Ipsius enim & ge-  
nus

nus sumus. Genus ergo cum simus Dei, non debemus estimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturae artis, & cogitationis hominis, divinum esse simile. Et tempora quidem hujus ignorantiae despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant, eo quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in aequitate, in viro, in quo statuit, fidem praebens omnibus, suscitans eum a mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem, irridebant, quidam vero dixerunt: audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exivit de medio eorum.

**R.** Justus germinabit sicut liliam: \* Et florebit in aeternum ante Dominum.

**V.** Plantatus in domo

Dominici, in atriiis domus Dei nostri. **E**t florebit.

**Bño:** Spirit. S. gratia.

**Lectio iii.**

**Q**uidam vero viri adhaerentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. Post haec egressus ab Athenis, venit Corinthum: & inveniens quemdam Judaeum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem ejus (eo quod praecipisset Claudius discedere omnes Judaeos a Roma) accessit ad eos. Et quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur: [erant autem scenofactoriae artis.] Et disputabat in Synagoga per omne Sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, sua-

suadébatque Judæis, & Græcis.

**R.** Iste cognóvit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exorávit Altissimum: \* Et inventus est in numero sanctorum.

**ψ.** Iste est qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna.

**E t. G**loria. **E t.**

**I**n II. Noct.

**Añã:** Filii hominum scitote, quia Dominus sanctum suum mirificavit.

**Psalmus 4.**

**C**um invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ: \* in tribulatione dilatasti mihi.

**M**iserere mei, \* & exaudi orationem meam.

**F**ilii hominum usquequò gravi corde? \* ut quid diligitis vanitatem, & quaritis mendacium?

**E t** scitote quoniam mirificavit Dominus san-

ctum suum: \* Dominus exaudiet me, cum clamávero ad eum.

**I**rascimini, & nolite peccare: \* quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

**S**acrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino. \* Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

**S**ignatum est super nos lumen vultus tui Domine: \* dedisti lætitiã in corde meo.

**A** fructu frumenti, vini, & olei sui \* multiplicati sunt.

**I**n pace in idipsum \* dormiam, & requiescam.

**Q**uoniam tu Domine singularitèr in spe \* constituisti me.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã:** Filii hominum scitote, quia Dominus sanctum suum mirificavit.

**Añã:**

**Añã** : Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum Dómine.

**Psalmus 5.**

**V**erba mea áuribus pèrcipe Dñe, \* intèllige clamòrem meũ.

**I**ntènde vocì oratiònís meæ, \* Rex meus, & Deus meus.

**Q**uóniam ad te orabo: \* Dómine, manè exáudies vocem meam.

**M**anè astábo tibi, & vidèbo: \* quóniam non Deus volens iniquitatem tu es.

**N**eque habitábit juxta te malignus: \* neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

**O**dísti ómnes, qui operántur iniquitatem: \* pérdes omnes, qui loquúntur mendácium.

**V**irum sánguinum, & dolòsum abominábitur Dñus: \* ego autè in multitudìne misericórdiæ tuæ

**I**ntroibo in domú tuã: \* adorábo ad templum sãctum tuum in timòre tuo.

**D**ómine deduc me in justítia tua: \* propter inimicos meos dirige in conspèctu tuo viam meã.

**Q**uóniam non est in ore eòrum véritas: \* cor eòrum vanum est.

**S**epúlchrum patens est guttur eòrum, linguis suis dolòsè agébant, \* júdica illos Deus.

**D**écidant à cogitatiònibus suis, secúndum multitudìnem impietatum eòrum expèlle eos: \* quóniam irritavérunt te Dómine.

**E**t læténtur omnes, qui sperant in te: \* in ætèrnum exultábunt, & habitábis in eis.

**E**t gloriabúntur in te ómnes, qui diligunt nomen tuum: \* quóniam tu benedices justo.

**DÓ**

**D**ómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ \* coronásti nos.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã**: Scúto bonæ voluntatis tuæ coronásti eum **D**ómine.

**Añã**: In univérſa terra glória & honóre coronásti eum.

**Psalmus 8.**

**D**ómine **D**óminus noster, \* quàm admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

**Q**uóniam eleváta est magnificéntia tua \* super cœlos.

**E**x ore infántium & lacténtium perfecísti laudem propter inimicos tuos, \* ut déstruas inimicum & ultórem.

**Q**uóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum: \* lunam & stellas, quæ tu fundásti.

**Q**uid est homo, quòd memor es ejus? \* aut fi-

lius hóminis, quóniam vísitas eum?

**M**inuísti eum paulò minùs ab Angelis, glória & honóre coronásti eum: \* & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

**O**mnia subjecísti sub pédibus ejus, \* oves & boves univérſas, insuper & pécora campi.

**V**ólucres cœli, & písces máris: \* qui perámbulant sémitas maris.

**D**ómine **D**óminus noster, \* quàm admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã**: In univérſa terra glória & honóre coronásti eum.

**V.** Posuísti **D**ómine super caput ejus.

**R.** Corónam de lápide pretióso. **P**ater noster.

**Absol.** Ipsíus píetas.

**V.** Jube dómne.

m

**Bño:**

**Bño :** Deus Pater omnipotens.

**Lectio iv.**

**D**ionysius Atheniēsis, unus ex Areopagitis iudicibus, vir fuit omni doctrinæ genere instructus. Qui cum adhuc in Gentilitatis errore versaretur, eo die, quo Christus Dominus cruci affixus est, solem præter naturam defecisse animadvertens, exclamasse traditur: Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvetur. Sed cum Paulus Apostolus veniens Athenas, & in Areopagum ductus, rationē reddidisset ejus doctrinæ, quam prædica- bat; affirmans, Christum Dominum resurrexisse, & mortuos omnes in vitam redituros esse, cum alii multi, tum ipse Dionysius, in Christum credidit.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam.

**ψ.** Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum.

**E t dedit.**

**Bño:** Christus perpetuus.

**Lectio v.**

**I**Taque & baptizatus est ab Apostolo, & Atheniēsiū Ecclesiæ Præfēctus. Qui cum postea Romam venisset, à Clemente Pontifice missus est in Galliam prædicandi Evangelii causa. Quem Lutetiam usque Parisiōrū Rusticus Presbyter, & Eleuthérius Diaconus prosecuti sunt: ubi à Fescennio Præfēcto, quod multos ad Christianam religionem convertisset, ipse cum sociis virgis casus est:

cum-



cúmque in prædicatione Christianæ fidei constantissime perseveraret, in craticulam subiecto igne injicitur, multisque præterea suppliciis, unà cum sociis cruciatur.

**R.** Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dómine, \* Et voluntate labiõrum ejus non fraudasti eum.

**V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. **Et** voluntate.

**Bño**: Ignem sui amoris.

**Lectio vi.**

**S**ed ea tormentorum genera omnibus forti, ac libenti animo perferentibus, Dionysius annum agens supra centesimum, cum reliquis securi percütitur septimo Idus Octobris. De quo illud memoria

próditum est, abscissum suum caput sustulisse, & progressum ad duo milia passuum in manibus gestasse. Libros scripsit admirabiles, ac plane cœlestes, de divinis nominibus, de cœlesti, & ecclesiastica Hierarchia, de mystica Theologia; & alios quosdam.

**R.** Stóla jucunditatis induit eum Dóminus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

**V.** Cibavit illum Dóminus pane vitæ & intellectus: & aqua sapientiæ salutáris potavit illum.

**Et** coronam. **G**loria Patri. **Et** coronam.

**IN III. NOCT.**

**Añã**: Justus Dóminus, & justitiam dilexit: æquitatem vidit vultus ejus.

## Psalmus 10.

**I**N Dómino confido:  
quómo modo dicitis á-  
nimæ meæ: \* Transmí-  
gra in montem sicut  
passer?

**Q**uóniam ecce peccató-  
res intendérunt arcum,  
paravérunt sagíttas suas  
in pháretra, \* ut sagít-  
tent in obscúro rectos  
corde.

**Q**uóniam quæ perfecís-  
ti, destruxérunt: \* ju-  
stus autem quid fecit?

**D**óminus in templo sã-  
cto suo, \* Dóminus in  
cælo sedes ejus.

**O**culi ejus in páuperem  
respíciunt: \* pálpebræ  
ejus intérogant filios  
hóminum.

**D**óminus intérogat ju-  
stum & ímpium: \* qui  
autem díligit iniquitã-  
tem, odit ánimam suam.

**P**luet super peccatóres  
láqueos: \* ignis, & súl-  
phur, & spíritus procel-

lârum, pars cálicis eôrũ.

**Q**uóniam justus Dómi-  
nus, & justítias diléxit: \*  
æquitâtem vidit vultus  
ejus.

**G**lória Patri. **S**icut.

**Añã**: Justus Dómi-  
nus, & justítiam diléxit:  
æquitâtem vidit vultus  
ejus.

**Añã**: Habitâbit in ta-  
bernáculo tuo: requiês-  
cet in monte sancto tuo.

## Psalmus 14.

**D**omine, quis habi-  
tâbit in taberná-  
culo tuo? \* aut quis re-  
quiëscet in monte sancto  
tuo?

**Q**ui ingréditur sine má-  
cula, \* & operâtur ju-  
stítiam:

**Q**ui lóquitur veritâtem  
in corde suo, \* qui non  
egit dolum in língua sua:

**N**ec fecit próximo suo  
malum: \* & oppróbrium  
nō accêpit advérsus pró-  
ximos suos.

**A**d

**A**d nihilum deductus est in conspectu eius malignus: \* timentes autem Dominum glorificat.

**Q**ui jurat proximo suo, & non decipit: \* qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

**Q**ui facit hæc, \* non movébitur in ætérnum.

**G**loria Patri. **S**icut.

**Añã:** Habitabit in tabernaculo tuo: requiescet in monte sancto tuo.

**Añã:** Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso.

**Psalmus 20.**

**D**omine in virtute tua lætabitur rex: \* & super salutare tuum exultabit vehementer.

**D**esiderium cordis eius tribuisti ei: \* & voluntate labiorum eius

non fraudasti eum.

**Q**uoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: \* posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

**V**itam petiit à te: \* & tribuisti ei longitudinam dièrum in sæculum, & in sæculum sæculi.

**M**agna est gloria ejus in salutari tuo: \* gloriam & magnum decorem impones super eum.

**Q**uoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: \* lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

**Q**uoniam rex sperat in Domino: \* & in misericordia Altissimi non commovébitur.

**I**nveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: \* dextera tua inveniat omnes, qui te odérunt.

**P**ones eos ut clibanum  
ig-

ignis in tempore vultus  
tui : \* Dóminus in ira  
sua conturbábit eos , &  
devorábit eos ignis.

Fructum eórum de ter-  
ra pérdes , \* & semen  
eórum à filiis hóminum:

Quóniam declinavérunt  
in te mala ; \* cogitavé-  
runt consília , quæ non  
potuérunt stabilire.

Quóniã pones eos dor-  
sum : \* in reliquiis tuis  
præparâbis vultum eó-  
rum.

Exaltâre Dómine in vir-  
tute tua : \* cantâbimus et  
psallêmus virtutes tuas.

Glória Patri. Sicut.

Aña: Posuisti Dómi-  
ne super caput ejus co-  
rônâ de lapide pre-  
tioso.

Ps. Magna est glória ejus  
in salutâri tuo.

R. Glóriam & magnum  
decôrem impónes super  
eum. Pater noster.

Absol. A vinculis.

Ps. Jube domne.

Bño : Evangélica léctio.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. 14. c.

**I**N illo tempore : Di-  
xit Jesus turbis : Si  
quis vénit ad me , & non  
ódit patrem suum , &  
matrem , & uxórem , &  
filios , & frâtres , & so-  
rôres , adhuc autem &  
ánimam suam , non po-  
test meus esse discipu-  
lus. Et réliqua.

Hom. S. Gregorii Papæ.

Hom. 37. in Ev.

**S**I considerêmus, frá-  
tres charíssimi, quæ  
& quanta sunt , quæ no-  
bis promittúntur in cœ-  
lis, viléscunt ánimo óm-  
nia, quæ habéntur in ter-  
ris. Terrêna namque sub-  
stántia supérna: fœlicitâ-  
ti

ti

ti comparata, pondus est, non subsidium. Temporalis vita aeternae vitae comparata, mors est potius dicenda, quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptiōnis quid est aliud, quam quaedam prolixitas mortis? Quae autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernae civitatis quanta sint gaudia: Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriae conditoris assistere, praesentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptiōnis perpetuae munere laetari?

**R.** Corona aurea super caput ejus, \* Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

**V.** Quoniam praeveneristi eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. **Ex-**pressa.

**Bño:** Cujus festum colimus.

**Lectio viii.**

**S**ed ad haec audita inardescit animus: jamque illic cupit assistere, ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna praemia perveniri non potest, nisi per magnos labores. Unde & Paulus egregius praedicator dicit: Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Delictat ergo mentem magnitudo praemiorum, sed non deterrat certamen laborum. Unde ad se venientibus Veritas dicit: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fra-

fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

**R.** Hic est verè martyr, qui pro Christi nómine sanguinem suum fudit: \* Qui minas júdicum non tímuit, nec terrène dignitátis glóriam quæsívit, sed ad cœlestia regna pervénit.

**Ps.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei.

Qui minas. **G**loria Patri. Qui minas.

**Bño**: Ad societâtem.

**Lectio ix.**

**S**ed percontári libet, quómodo parêntes, & carnáliter propínquos præcipimur odísse, qui jubêmur & inimicos dilígere? Et certè Véritas de uxóre dicit: Quod Deus conjúnxit, homo non séparet. Et Paulus ait: Viri, dilígite uxó-

res vestras, sicut & Christus Ecclésiám. Ecce discipulus uxórem diligêndam prædicat, cû magíster dicat: Qui uxórem non ódit, non potest meus esse discipulus. Numquid aliud júdex núnctiat, aliud præco clamat? An simul & odísse póssumus, & dilígere? Sed si vim præcepti perpéndimus, utrúmque ágere per discretiónem valêmus: ut uxórem, & eos, qui nobis carnis cognatióne conjúcti sunt, & quos próximos nóvimus, diligâmus; & quos adversários in via Dei pátimur, odiendo & fugiendo nesciâmus.

**T**e Deum. pag. 32.

**AD LAUDES,**  
& per Horas.

**Añã**: Qui me confessus fuerit coram homíni-

ni-

nibus, confitêbor & ego  
eum coram Patre meo.

**Psalm.** Dóminus reg-  
nâvit, **cum reliquis de**  
**Laudib.** pag. 33.

**Aña:** Qui séquitur  
me, non ámbulat in té-  
nebris, sed habêbit lu-  
men vitæ, dicit Dñus.

**Aña:** Qui mihi miní-  
strat, me sequatur: &  
ubi ego sum, illic sit &  
minister meus.

**Aña:** Si quis mihi mi-  
nistráverit, honorificá-  
bit eum Pater meus, qui  
est in cœlis, dicit Dó-  
minus.

**Aña:** Volo Pater, ut  
ubi ego sum, illic sit &  
minister meus.

**Capit.** *Fac. i. b.*

**B** Eâtus vir, qui súf-  
fert tentatiônem:  
quóniam cùm probâtus  
fuerit, accípiet corônâ  
vitæ, quam repromísit  
Deus diligéntibus se.

**R.** Deo gratias.

**Hymnus.**

**I** Nvictè Martyr, únicû  
Patris secûtus Fílium,  
Victis triúmphas hosti-  
bus,

Víctor fruēs cœléstibus.

**T** ui precâtus múnere

Nostrum reátum díluè,

Arcens mali contágium,

Vitæ repéllens tædium.

**S** olûta sunt jam víncula

Tui sacráti córporis:

Nos solve vínculis sæculi

Dono supérni Núminis.

**D** eo Patri sit glória,

Ejúsque soli Fílio,

Cum Spíritu Paráclito,

Nunc, & per ómne sæ-

culum. Amen.

**V.** Justus ut palma flo-  
rêbit.

**R.** Sicut cedrus Líbanî  
multiplicábitur.

**Ad Bened. Aña:** Qui  
ódit ánimam suam in  
hoc mundo, in vitam æ-  
térnam custôdit eam.

**Oratio:** Deus, qui ho-  
dierna die, **ut in vp. p. 76,**

Hymn. & Psal. Hor.  
à pag. 41.

Ad Tertiam Aña: Qui  
séquitur me.

Capit. Beatus vir.

R. brev. Glória & honô-  
re, \* Coronásti eum  
Dómine. G lória.

ψ. Et constituísti eum  
super ópera mánuum  
tuárum. C oronásti.

G lória Patri. G lória  
& honôre.

ψ. Posuísti Dómine su-  
per caput ejus. R. Corô-  
nam de lápide pretiósó.

Ad Sextam Aña: Qui  
mihi ministrat.

Capit. Eccl. 15.

C Ibâvit illum pane  
vitæ & intelléctus,  
& aqua sapiéntiæ salutâ-  
ris potávit illum Dómi-  
nus Deus noster.

R. brev. Posuísti Dñe,\*  
Super caput ejus. P o-  
suísti.

ψ. Corônám de lápide  
pretiósó. S uper.

G lória Patri. P osuísti.  
ψ. Magna est glória ejus  
in salutári tuo. R. Gló-  
riam & magnum decô-  
rem impónes super eum.

Ad Nonam, Aña: Vo-  
lo Pater.

Capit. Eccl. 39.

J Ustus cor suum trá-  
didit ad vigilándum  
dilúculo ad Dóminum,  
qui fecit illum, & in con-  
spêctu Altíssimi depre-  
cábitur.

R. brev. Magna est gló-  
ria ejus, \* In salutári  
tuo. M agna.

ψ. Glóriam & magnum  
decôrem impónes super  
eum. I n salutári tuo.

G lória Patri. M agna.

ψ. Justus ut palma flo-  
rêbit. R. Sicut cedrus  
Líbani multiplicábitur.

In 2. vesp. ut in 1. sed  
loco ult.

Psalmus 115.

C Rédidi, propter  
quod locúsus sū: \*  
ego



ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo : \* Omnis homo mendax.

Quid retríbuiam Dómino , \* pro ómnibus quæ retríbuit mihi ?

Cálicem salutáris accipiam : \* & nomen Dómini invocabo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : \* pretiósá in conspectu Dómini mors sanctorum ejus.

O Dómine , quia ego servus tuus : \* ego servus tuus , & filius ancillæ tuæ.

Dirúpisti vincula mea : \* tibi sacrificabo hostiam laudis , & nomen Dómini invocabo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis populi ejus : \* in atriis domus Dómini , in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri. Sicut.

Capit. Beatus vir.

Hymn. Deus tuorum militum , &c. pag. 75.

V. Justus ut palma florêbit. R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Ad Magnificat , Aña:

Qui vult veníre post me, abneget semetipsum , & tollat crucem suam , & sequátur me.

Oratio: Deus qui hodierna die, &c. pag. 76.

Com. S. Franc. à Borgia.

Aña : Similabo eum viro sapienti , qui ædificavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dóminus , & ornávit eum.

R. Stulam gloriæ induit eum.

Oratio.

Dómine Jesu Christe , veræ humilitatis & exemplar , & præmium : quæsumus , ut si-

cut Beatum Franciscum in terréni honoris contemptu imitatórem tui gloriosum effecisti ; ita nos ejusdem imitationis, & gloriæ tribuas esse consortes. Qui vivis , & regnas.

DIE X. OCTOB.

II. Infraoct.

**S. Francisci à Borgia C. dup. 2. c.** ( nihil hodie de octav. ) **In 2. vesp. com. SS. Rustici , & Eleuther. Mart.**

DIE XI. OCTOB.

III. Infraoct.

**In Festo SS. Rustici , & Eleutherii Mart. sem. d. fix. omnia de com. plurim. mart.**

**Oratio.**

**D**Eus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Ru-

stici , & Eleutherii natalitia colere : da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

**Ad Matut.**

**In I. N. Lect. de Script. Lect. II. N. Serm. S. August. Quotiescumque, ut in eod. com. In III. N. Homil. in Evang. Cum audieritis prælia.**

**In 2. vesp. fit de die 12. Octob. ut in Ord. Div. Offic. Serv. diei rub.**

**Pro Dom. infraoct. videant. quæ in pag. 58. & omnib. dieb. huj. oct. fit de ea com.**

**Dieb. XII. XIII. XIV. & XV. Octob. ut in Ord. Div. Offic. sed hac die XV. ( si fit de S. Teres. ) Cap. in 2. Vesp. de die oct. ut in 1. Vesp. cum com. præced.**

DIE

DIE XVI. OCTOB.

Octav. S. Dionysii, ut  
in die.

IN I. NOCT.

Lect. de Script. occur.

IN II. NOCT.

Serm. S. Joann. Chrysost.

De S. Ignatio, tom. 5.

Lectio iv.

**T**empus animadvertite fratres, quo dignitatem Episcopalem Beatus Dionysius est assecutus: neque enim est eadem nunc, quæ tunc erat Ecclesiam gubernandi conditio: non æqualis est labor viam tritam, & planè paratam post multos ingredi viatores, atque eam, quæ nunc primò secanda est, quæque prærupta, & saxosa, ferisque plena, nec ullum adhuc viatorem admissit. Tunc autem,

quocumque quis oculos verteret, ubique præcipitia, barathra, & bella, & pugnae, & pericula. Imperatores, & Reges, & populi, & Civitates, & gentes, & domestici, & alieni, credentibus insidias tendebant.

R. Honestum, &c. pag. 84.

Lectio v.

**Q**uemadmodum igitur gubernatorem admiramur, non quod vectores possit in portum incolumes ducere, cum mare tranquillum est, cumque navis fertur ventis secundis: sed cum insaniente pelago, ventisque sævientibus, qui in navi sunt inter se dissentiunt, magna tempestate intus, & foris navigantes exagitante, navim tamen potest dirigere, & conser-

va-

vare : sic eos , qui tunc Ecclesiam regébant, multò magis quam illos, qui eam in præsentia gubernant, suspicere debemus, & admirari, quando multa bella intus , & foris: quando fidei planta imbecillior erat adhuc , & diligentia magis indigebat : quando veluti modo genitus infans Ecclesiæ populus , magnam providentiam, atque sapientiam animæ , à qua nutriendus esset , postulabat.

**R.** Desiderium, &c. pag. 85.

**Lectio VI.**

**V**erum, ne totum tempus in Episcopatus consideratione collocantes, ab iis, quæ ad eum, uti martyrem spectant, enarrandis excludamur, age, ad illius

certamina contendamus. Versutus enim diabolus, & ad struendas aptus insidias existimabat, si pastores sustulisset, ovilia se facile direpturum. Sed qui comprehendit astutos in eorum astutia, ostendens Ecclesias suas non ab hominibus gubernari, sed eos, qui in ipsum credunt, semper à se regi, id fieri permittebat, ut cum cerneret, rectoribus sublatis, non tamen religionem deleri, nec veritatis prædicationem extinguì, sed potius augeri: ex rebus ipsis, & ipse, & qui ei inserviebant, omnes intelligerent, Christianorum disciplinam non ab hominibus pendere, sed in cœlis radices agere, Deumque esse, qui ubique Ecclesias tuèretur.

**R.** Stola jucunditatis, &c. pag. 85.

IN

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII.

**I**N illo tempore: Dixit Jesus turbis: si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animam suam non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homil. S. August. Episc.  
Ex Epistol. 38.

**S**umptus ad turrinam aedificandam, & bellantium valentia decem millium adversus Regem, qui viginti habet, nihil est aliud, quam ut renunciet unusquisque omnibus, quæ sunt ejus. Prælocutio autem superior cum extrema conclusione concordat: in eo enim, quod unusquis-

que renunciat omnibus, quæ sunt ejus, etiam illud continetur, ut ode- rit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc, & animam suam, omnia enim hæc propria ejus sunt, quæ plerumque implicant, & impediunt ad obtinenda, non ista propria temporaliter transitura, sed in æternum mansura communia.

R. Corona, &c. pag. 89.

Lectio VIII.

**N**ec succenseant parentes hoc præcipere Dominum, ut eos oderimus, quando nobis hoc de anima nostra præcipitur. Sicut autem hoc præceptum, quo perdere jubemur animam nostram, non ad id valet, ut se quisque interimat, quod inexpiabile nefas est: & tamen valet, ut

in-

interimat in se carnalem animæ affectum, quo, cum impedimento futuræ vitæ, præsens vita delectat: ita de parentibus rectissimè dicitur, ut qui eos amat, perdat eos, non more parricidarum interficiens, sed spiritali gladio verbo Dei carnalem affectum eorum, quo & seipsos, & eos quos genuerunt, irritamentis hujus sæculi obligare conantur, piè, fidentèrque percutiens, & occidens, illud in eis vivere faciat, quo cum filiis suis temporalibus, parentes æternos Deum, Ecclesiamque cognoscunt.

*R.* Hic est, &c. pag. 90.

*Lectio ix.*

**T**olle crucem tuam  
& sequere Do-

minum: Crux enim nostra, quam Dominus portari à nobis jubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud, quam mortalitatem carnis hujus significat? Ipsa enim nos cruciat, donec absorbeatur mors in victoriam. Crux ergo hæc ipsa crucifigenda est, & transfigenda clavis timoris Dei, ne solutis, & liberis membris reluctanter portare non possis: Sequi enim Dominum, nisi eam portans, omnino non vales; nam quomodo eum sequeris, si non es ejus? qui autem Jesu Christi sunt, ait Apostolus, carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & desideriis.

**T**e Deum.

Reimprimatur.

*Dr. Almarza V. G.*



